

Dat. die
5 februarii
1802
anno II.

CIV.
Indulgetur militibus ecclesiasticis militiæ ordinis s. Michaelis archangeli Bavaricæ, ut uti valeant habitum prælati-
tio: cum omnibus privilegiis prælato-
rum domesticorum.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

Ratio conces-
sionis.

§. 1. Quoniam inter militares equestres ordines, qui ad Dei gloriam sustinendam, et catholicam religionem juvandam, illamque adversus hostes vel sanguinis effusione strenue defendendam instituti sunt; mirum in modum equestris militiæ ordinem sub invocatione, et protectione sancti Michaelis archangeli a bonæ me: Josepho Clemente; dum vixit archiepiscopo Coloniensi, et Sac. Romani Imperii electore canonice, ut asseritur, erectum, atque sex magnis crucibus, et octodecim equitibus ecclesiasticis, totidemque secularibus compositum excellere accepimus, libenti quidem animo in eam devenimus sententiam, ut ad sac. officia in ecclesia dicti ordinis obeunda convenientes ejusdem ordinis milites clericali militiæ adscriptos novis honoribus, novisque prærogativis, et privilegiis cumulare decreverimus, ut ipsi singularibus gratiis affecti ad præclarissima quæque juxta institutionis hujusmodi nobilissimas rationes, explenda magis, magisque inflammentur.

Tenor conces-
sionis.

§. 2. Quare Nos milites ordinis prædicti, qui clericali etiam militiæ nomine dederunt, nova, ampliorique prærogativa exornare, et dotare volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore cœsentes; supplicationibus hujusmodi inclinati, ut perpetuis futuris temporibus sex magnæ crucis prædictæ, et reliqui omnes milites dicti ordinis qui militiam ecclesiasticam sequuntur, habitum prælatitium, vestem scilicet falarem oblongam cum mantello violacei coloris gestare, eoque uti cum omnibus prærogativis,

privilegiis, et præeminentiis, quibus prælati Nostri domestici utuntur, fruuntur, et gaudent, ac uti, frui, et gaudere possunt, vel poternut in futurum, liberè, ac licite possint, et valeant auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus; ac insuper dilecto filio moderno, et pro tempore existenti ecclesiæ dicti ordinis præposito, præter habitum prælatitium hujusmodi, superpelliceam quoque vulgo rocchetto deferendi plenam, et liberam facultatem tribuimus, et impertimur, eoque, et eorum quicquidlibet desuper a quoquam impediri, molestari, et perturbari nullatenus posse, ac irritum, et inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

§. 3. Non obstantibus fel. rec. Benedicti pp. XIV. prædecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus et ordinationibus, nec non dicti ordinis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die quinta februarii millesimo octingentesimo secundo, pontificatus Nostri anno secundo.

Derogatio con-
trariarum.



Dat. die
9 february
1802
anno II.

Dignitatibus et canonicis insignis collegiatae ecclesiae Montis Alboti Senogalliensis diocesis indulgetur, ut loco cappae magnae et cottae, quas adhuc supra rocchetum gerere consueverunt, mozzettam quoque violaceam ad eorum libitum, debita tamen cum uniformitate gestare possint.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii capitulum, et canonici insignis collegiatae Montis Alboti Senogalliensis diocesis, quod a felicitis recordationis Pio pp. VI. praedecessore Nostro in erectione ejusdem collegiatae sub certis modo, et forma tunc expressis auctoritate apostolica indultum fuit, ut ipsi, eorumque successores in perpetuum cappa magna cum pellibus armellinis hyemali, aestivo vero tempore cotta supra rocchetum uti possent, et valeret, ac alias prout in ipsius Pii praedecessoris desuper sub plumbo kalendis augusti expeditis literis, quarum tenorem praesentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, asseritur contineri. Verum quia, sicut eadem expositio subjungebat, ob temporum vicissitudines ad eum statum ipsi exponentes sunt adducti, ut sumptibus pro continuo insignium hujusmodi usu necessario faciendis impares se plane sentiant, ideoque aliis quoque insignis, quae licet sint minus conspicua, minoris tamen emuntur, se uti posse plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur capitulum, et canonicos hujusmodi specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint,

hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, modernis, et pro tempore in perpetuum existentibus dignitatibus, et canonicis praedictae collegiatae Montis Alboti, ut loco cappae magnae, et cottae, quas adhuc supra rocchetum gerere consueverunt, in posterum mozzettam quoque violaceam ad instar aliarum insignium collegiatarum gestare, ita ut vel cappa magna, vel cotta, vel mozzetta hujusmodi ad eorum libitum (debita tamen cum uniformitate) uti libere, et licite possint, et valeant, servata in reliquis praedictarum Pii praedecessoris literarum forma, et dispositione, auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, et indulgemus, dictasque dignitates, et canonicos desuper a quoquam impediri, molestari, vel perturbari nullatenus posse, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus omnibus, et singulis iis, quae a memorato Pio praedecessore in dictis suis literis concessa sunt non obstare, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die nona februarii millesimo octingentesimo secundo, pontificatus Nostri anno secundo.

Derogatio contrariorum.



Dat. die
9 Februarii
1802
anno II.

CVI.

Indultum recolendi s. Josephum patriarcham, tamquam patronum principalem pro oppido Regalis Insulæ de Leon Gadicensis diocesis.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Quanta cum charitate apud omnipotentem in coelis, ubi regnant securi, deque nostra salute solliciti sancti pro nobis orare, divinamque nobis opem obtinere gestiant, Christianifideles cum ex veteris, novique testamenti oraculis certum, tum etiam propria experientia exploratum habentes nunquam destiterunt, quin in omnibus rerum suarum vicibus se se eorundem intercessionibus assidue commendarent, ac Deum in sanctis suis mirabilem experti debito etiam venerationis cultu amicos ejus prosequerentur. Quamquam vero unus, idemque Christifidelium erga beatos coelestis aulae incolae pietatis, et devotionis ardor, civitates tamen, et nationes pro suo unaquæque studio certum sibi patronum ex iisdem apud Deum eligere, atque hunc præcipue colere consueverunt.

Exposito precum.

§. 2. Quamobrem dilecti filii universitas, et homines oppidi civitatis nuncupatae Regalis Insulæ de Leon, Gadicensis diocesis, Nobis nuper exponi fecerunt, quod quamvis ipsi gloriosos martyres Servandum, et Germanum suos, ac totius diocesis prædictæ patronos venerentur, quippe quos prope Gades martyrio coronatos fuisse constat, singulari tamen etiam devotione inclytum patriarcham sanctum Joseph Dei genitricis Mariæ sponsum prosequentes in publicis comitiis die xvii. martii MDCCCLXVI, et die xiii. ejusdem mensis MDCC LXIX, ac die v. junii ejusdem anni habitis eundem s. patriarcham in patronum specialem, et tutelarem per secreta suffragia elegerunt, compatronis remanentibus prælaudatis martyribus. Cum autem nuperrimis temporibus morbo epidemico prædicta Regalis Insula de Leon affligeretur, uterque clerus, magistratus, populusque frequens in ecclesia parochiali simul collecti veterem electionem

prædictam ratam habentes ad ipsius sancti patriarchæ desponsationis festum solemniter cum oratione panegyrica, et utriusque ordinis intervntu quotannis celebrandum, ac ad festi hujusmodi vigiliam cum jejunio servandam se, posterosque suos in perpetuum voto, atque juramento inter missarum solemniam, et ssimo eucharistiae sacramento publicæ venerationi exposito, obstrinxerunt. Jam vero ipsi exponentes sancti patriarchæ apud Deum patrocinium in dies sibi potentissimum experti, ac ejus cultum augeodi, venerationemque magis firmandi desiderio flagrantibus Nobis humiliter supplicari fecerunt, ut eandem electionem in protectorem principalem suæ civitatis juxta præscriptum felicis recordationis Urbani pp. VIII. prædecessoris Nostri die xxiii. martii anno MDCXXXIII factam, habitoque per literas, ut asseritur, consensu venerabilis fratris episcopi Gadicensis, servari, festumque ejusdem sancti quotannis tamquam patroni principalis in posterum celebrari concedere, aliaque, ut infra, indulgere de benignitate Nostra apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur specialem ipsis exponentibus gratiam facere volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdictionis, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et penis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes et absolutos fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, omnibus, et singulis utriusque sexus Christifidelibus oppidi Regalis Insulæ de Leon prædicti ut, quamvis principales, ac tutelares sanctos martyres Servandum, et Germanum venerentur, tamen festum sancti Josephi die xix. martii tamquam patroni etiam principalis ejusdem oppidi ex præcepto recolant, auctoritate apostolica, tenore presentium concedimus, et indulgemus. Ac omnibus et singulis cum sæcularibus, tum regularibus utriusque sexus, qui horas canonicas recitare tenentur illius officium, et missam cum octava in posterum (servatis tamen rubricis generalibus) etiam de præcepto recitent, et celebrent, auctoritate et tenore prædictis injungimus, atque mandamus.

Tenor concessionis.

Derogatio con-
trarium.

§. 7. Non obstantibus constitu-
tionibus, et ordinationibus aposto-
licis, et quatenus opus sit, dicti op-
pidi consuetudinibus; privilegiis, in-
dultis, et literis apostolicis in contra-
rium quomodolibet concessis, appro-
batis, et innovatis; quibus omnibus,
et singulis pro hac vice tamen, et
ad hunc dumtaxat effectum speciali-
ter, et expresse derogamus, caeteris-
que contrariis quibuscumque. Datum
Romæ apud s. Mariam Majorem sub
annulo piscatoris die nona februarii
millesimo octingentesimo secundo,
pontificatus Nostri anno secundo.

bernandum monasterium prædictum
Nostro nomine, tamquam Nostrum
et apostolicæ Sedis delegatum, ad hoc
specialiter deputatum, ad nutum tam-
en et beneplacitum non amovibili-
lem, eligimus, ipsiusque monaste-
rii pro tempore existentem admini-
stratorem statuimus et declaramus, ad
hoc ut ea omnia, quæ a Nobis in
gubernio et administratione ejusdem
monasterii et monialium hujusmodi,
omniumque rerum et personarum ad
ipsum quomodolibet spectantium et
pertinentium expleri possent, ab ipso
agantur, et adimpleantur. Datum Ro-
mæ apud s. Mariam Majorem an-
no incarnationis Dominicæ millesimo
octingentesimo secundo, pridie idus
februarii pontificatus Nostri anno se-
cundo.

Dat. die
12 februarii
1802
anno II.

CVII.

Deputatio commissarii apostolici, qui
loco sanctæ Sedis præsit gubernio
monasterii nuncupati sanctæ Mar-
garitæ ordinis sancti Benedicti ci-
vitatatis Fabrianensis.

Pius PP. VII.

MOTU PROPRIO

Declaratur
monasterium
fuisse exem-
ptum a juris-
dictione epi-
scopi Fabria-
nensis, et sus-
ceptum sub
protectione s.
Sedis.

§. 1. Cum Nos hodie ad sup-
plicationem dilectarum in Christo fi-
liarum abbatissæ, et monialium mon-
asterii sanctæ Margaritæ civitatis Fa-
brianensis ordinis sancti Benedicti con-
gregationis Cassinensis eorum mona-
sterium, antea sub episcoporum Fa-
brianensium ordinaria jurisdictione,
obedientia, et gubernio existens,
ut magis benevolentiam et volunta-
tem Nostram erga eas ostenderemus,
monasterium hujusmodi, et in eo
nunc contentas, et in posterum con-
tinendas moniales, omnesque perso-
nas eidem monasterio addictas et ad-
dicendas, cum bonis, et rebus omni-
bus monasterio hujusmodi spectanti-
bus et pertinentibus, a gubernio et
jurisdictione episcopi Fabrianensis ab-
rogando, sub speciali Nostra, et Se-
dis apostolicæ protectione et gubernio
susceperimus.

Gubernium
conceditur ei-
dem episcopo,
sed nomine
pontificis ha-
bendum.

§. 2. Hinc Nos ut monasterii hu-
jusmodi et monialium earundem,
res omnes provide et recte admini-
strentur, motu simili etc. venerabi-
lem fratrem Joannem Franciscum mo-
dernum episcopum Fabrianensem, ad
regendum, administrandum, et gu-

CVIII.

Indultum, ut loco mozzettæ, quam
adhuc gestare consueverunt rocchet-
to, et cappa magna violacea cum
pellibus armellinis cineracei coloris
uti possint pro archipresbytero, et
canonicis collegiatæ Finarii Savo-
nensis diocesis.

Dat. die
19 februarii
1802
anno II.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam:

§. 1. Quantum dignitatis, quan-
tum splendoris, et venerationis ipsa
sacra indumenta oculis, animisque
Christifidelium iogerere valeant opti-
me sciens Apostolica Mater Ecclesia
non solum varias pro varietate festo-
rum, et solemnitatum sacerdotibus
suis præscripsit vestes, sed etiam in
templis magis conspicuis, ubi ma-
jor est christiani populi frequentia,
sacris ministris ibidem Altissimo fa-
mulantibus sæpe particularia, et ad
eorum dignitatem exprinendam aptis-
sima insignia deferenda concessit.

Proemium

§. 2. Cum itaque, sicut Nobis
nuper exponi fecerunt, dilecti filii
capitulum, et canonici parochialis,
et, ut ex vetustissima inscriptione,
ac documentis omni fide dignis as-
seritur, insignis collegiatæ ecclesiæ
sub titulo sancti Joannis Baptistæ op-
pidi civitatis nuncupati Finarii Savo-

Expositio præ-
cum.

nensis diocesis, in qua archipresbyter dignitas, viginti canonici, et decem mansionarii existant collegiata prædicta plebanæ titulo ab immemorable decorata reperitur, ac præterea antiquitatis laude, patrimonii amplitudine, templi magnificentia, sacrarum suppellectilium copia, eorundem canonicorum, et mansionariorum probitate, et doctrina ita floreat, ut reliquas omnes Finarienses ecclesias facile antecellat, multum splendoris, et ornamenti ad eam accederet, ac divinus cultus, populique devotio majora susciperet incrementa, si ejusdem collegiatae ecclesiae archipresbyter, et canonici novis decorationibus doneantur. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere, de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati; moderatis, et pro tempore in perpetuum futuris archipresbytero, et canonicis dictæ collegiatae sancti Joannis Baptistæ, ut loco mozzettæ, quam adhuc deferre consueverunt, rocchetum, et cappam magnam violaceam vulgo *dî saja pavonazza* cum asulis, et globulis sericis cremisioi coloris, et cum pellibus armellinis coloris cineracei vulgo *color bigio* hyemali, æstivo vero tempore etiam cappam magnam cum tela serica ejusdem violacei coloris sine dictis pellibus tam in ecclesia prædicta, ejusque choro, et capitulo, cum extra eam in quibusvis processionibus, aliisque functionibus, et actibus publicis quibuscumque gestare, illisque uti libere, et licite possint, et valeant auctoritate apostolica, tenore præsentium concedimus, et indulgemus, dictosque archipresbyterum, et canonicos desuper a quocumque impediri, molestari, et perturbari nullatenus posse, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac dictæ collegiatae ecclesiae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrariam quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima nona februarii millesimo octingentesimo secundo, pontificatus Nostri anno secundo.

Derogatio constitutionum.

CIX.

Dat. die
23 februarii
1802
anno II.

Indultum utendi bugia et gestandi ante pectus auream crucem ad instar aliorum Germaniæ canonicorum pro præposito collegiatae ecclesiae de Doneschingen Constantiensis diocesis provinciae Moguntinae, et successoribus in perpetuum.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. Quantum dignitatis, et splendoris, quantum reverentiæ, et venerationis ipsa sacra ornamenta, et externæ honorificentiae oculis, animisque christifidelium ingerant optime tenens Apostolica Mater Ecclesia nonnumquam distinctiva, quibus soli pontifices utuntur, præcipuis earundem ecclesiarum ministris deferenda concessit.

Proemium

§. 2. Cum igitur, sicut dilectus filius, nobilis vir, comes Carolus de

Expositio præcui.

Furstenberg Sthulingen S. R. I. princeps Nobis nuper exponi fecit, sæcularis, et collegiata ecclesie loci de Doneschingen Constantiensis diocesis provincie Moguntinae, templi majestate, sacrarum supellectilium copia, capituli antiquitate, canonicorum pietate, et doctrina, populique devotione, et frequentia non mediocriter floreat, multum splendoris, et ornamenti ad eam accederet, ac divinus cultus, populique devotio majora susciperet incrementa, si ejusdem collegiatae præpositus, et unica dignitas novis decorationibus donetur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur ipsius Caroli comitis, et principis votis hac in re, quantum cum Domino possumus, benigne annuere, ac præpositum prædictum specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, moderno, et pro tempore in perpetuum existenti dictæ collegiatae de Doneschingen præposito, ut palmarum vulgo bugia in sacris privatim, et solemniter faciendis, ac in aliis quibusvis presbyteralibus functionibus uti, atque crucem auream funiculo serico, seu fasciolæ coloris per ordinariam designandi ante pectus suspensam ad instar aliorum Germaniæ canonicorum, vel dignitatum publice gestare libere, et licite possit, et valeat auctoritate apostolica, tenore præsentium tribuimus, et impertimur, dictumque præpositum desuper a quoquam impediri nullatenus unquam posse.

Clausula sublata et decretum irritans.

§. 4. Sicque et non aliter per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, et S. R. E. cardinales etiam de latere legatos, et sanctæ Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, iudicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

§. 5. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non dictæ collegiatae ecclesie etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac alias in contrarium quomodolibet concessis, approbatis et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima tertia februarii millesimo octingentesimo secundo, pontificatus Nostri anno secundo.

Derogatio contrarium.



Dat. die
28 februarii
1802
anno II.

CX.

Constitutio perpetui vectigalis pro decenti sustentatione domorum de las Recosidas, et Misericordiae nuncupatarum diocesis Conchensis, et domus expositorum, et puellarum ejusdem loci.

Pius episcopus

Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. In supremo principis apostolorum solio, nullo licet meritum Nostrorum suffragio, sed sola Dei providentia evecti, Nostri muneris esse noscimus, catholicorum principum sollicitudines, dum praecipue ea procurare non desinant, quae christifidelium sibi subditorum tam spirituali, quam temporali saluti accomoda esse intelligant, quantum cum Domino possumus paterna charitate prosequi, prout salubriter in Domino expedire cognoscimus.

Expositio praecum.

§. 2. Quapropter cum charissimus in Christo filius Noster Carolus Hispaniarum rex catholicus, pro sua eximia pietate, ac sollicitudine, qua pollet pro iis, quae tum spiritualia, tum temporalia populorum sibi subditorum commoda respiciunt, ad locorum piorum necessitatem sublevandam Nobis significaverit piam domum Recollectarum, vulgo de las Recosidas et Misericordiae nuncupatam, civitatis vel diocesis Conchensis, piasque pariter domos, tam expositorum, quam scholarum pucrorum et puellarum in ipsa civitate vel diocesi Conchensi hujusmodi respective existentes, congruis redditibus pro temporum et locorum circumstantiis iudicare, ut in sua institutione valeant pervenire; cumque perpetuis futuris temporibus, certam summam annui vectigalis, pro locorum piorum hujusmodi existentia idem Carolus rex catholicus statuere plurimum desideret, et per dilectum filium Antonium de Vargas y Laguna ejusdem Caroli regis apud Nos et Sederam apostolicam plenipotentiarium administrum enixis precibus exposulavit.

§. 3. Nos itaque rerum circumstantiis mature perpensis, ac ipsius Caroli regis votis in publicam vertentibus utilitatem quod cupit benigne annuere volentes, motu proprio, et ex certa scientia, deque apostolica potestatis plenitudine, pensionem annuam perpetuis futuris temporibus duraturam, eamque ab omnibus et quibuscumque decimis, vel aliis quibusvis oneribus et impositionibus ordinariis et extraordinariis quomodolibet nuncupatis, quavis etiam apostolica auctoritate, ac motu pari etiam consistorialiter nunc impositis, et pro tempore quomodolibet imponeatis, ac alias in omnibus et per omnia, et omnino quoad omnia, liberam, immunitem et exemptam usque ad summam sex millium circiter ducatorum auri de camera tertiae parti fructuum respondentem mensae episcopalis Conchensis, ad quam dum illa pro tempore vacat nominatio personae idoneae Romano pontifici pro tempore existenti facienda ad supradictum Carolum Hispaniarum regem catholicum ex privilegio apostolico, cui non est hactenus in aliquo derogatum, spectare et pertinere dignoscitur, et cujus ecclesia ad praesens per obitum bo. me. Antonii Palafox, et Croy ultimi illius episcopi pastoris solatio destituta existit, fructibus, redditibus, et proventibus certis, et incertis in quacumque re consistentibus, et undecumque, quomodocumque et qualitercumque proventibus praesentibus et futuris, comprehensis tamen in ea infrascriptis pensionibus, jam super ejusdem mensae episcopalis Conchensis apostolica auctoritate reservatis, ita ut insimul tertiam partem fructuum praefatae mensae episcopalis tantum constituent, eamque non excedant; videlicet una mille et quingentorum quadraginta octo, et juliorum quatuor cum uno quarto regalibus hospitalibus exercituum et praesidiorum, alia centum octoginta septem, et juliorum octo cum dimidio alterius julii similis Gabrieli Mediano; alia centum sex, et juliorum decem Antonio Tricio; alia similis pariter centum sex, et juliorum decem Hidelfonso Soriano; alia quatuorcentum septuaginta, et juliorum quindecim cum uno quarto regali collegiatae ecclesiae SSmae Trinitatis loci sancti Hidelfonsi; alia nongen-

Impositio taxae seu pensionis scutorum sex millium colligendis ab ecclesiis diocesis Conchensis.

torum sexaginta unius, et juliorum septem congregationi oratorii s. Philippi Neri civitatis Conchensis; alia centum triginta octo, et juliorum duodecim insigni ordini militum, seu societati equitum suo nomine Caroli terti nuncupatæ; alia tercentum quadraginta triam et juliorum duodecim hospitio ejusdem civitatis Conchensis; alia tercentum septuaginta quinque instituto Asturiano in villa de Goison nuncupata Ovetensis diœcesis fundato; alia similium tercentum septuaginta quinque Josepho de Guevara Vasconcellos; alia tercentum venerabili fratri Joanni Gudes episcopo Marochiensi in partibus infidelium; alia biscentum sex et juliorum quatuor Thomæ Uscii; et reliqua pensionibus annuis antiquis centum triginta septem respective ducatorum auri de camera hujusmodi, et juliorum octo dictæ monetæ Alberico Mengs respective clericis, seu presbyteris dilectis filiis illas annuatim respective percipientibus apostolica auctoritate, ut præfertur, reservatæ reperiuntur, eidem domui re-collectarum vulgo de las Recosidas nuncupatæ, pro rata tamen duarum tantum ex tribus partibus portionis libere actu existentis, eorundem sex circiter millium ducatorum detractis aliis superius expressis pensionibus ex nunc, et ex nunc pro tunc pro respectivis ratis, uniuscujusque ex pensionibus supradictis, exceptis tamen perpetuis, quando illæ ex personis eas obtinentibus, vel etiam respective aliquo modo percipientibus cessabunt; pro reliqua vero hujusmodi actu libera existentis portionis tertia parte, ut supra computandum ex nunc, atque etiam ex nunc pro tunc pro ratis harum pensionum, exceptis semper perpetuis, quando illæ ut supra respective cessabunt, quoad duas ex tribus illius portionibus supradictis piis domibus expositorum, ac denique puerorum et puellarum scholis, ut supra, nominatis quoad reliquam tertiam superextantem portionem ac pro unoquoque ex locis piis hujusmodi eorum respective administratoribus vel rectoribus, ut deputatis, vel eorum procuratori, aut procuratoribus legitimis per œconomos, et quosvis alios quovis nomine nuncupatos, ad exigendum et percipiendum fructus, redditus et proventus mensæ episcopalis hujusmodi, donec

Bull. Rom. Tom. XI. F. 66.

ecclesia Conchensis præfata vacaverit deputatos, et deinde per ecclesiæ Conchensis hujusmodi præsules, seu administratores pro tempore existentes, annis singulis duabus æqualibus solutionibus, pro una videlicet in s. Joannis Baptistæ a proxime ventura incipiendo, et altera medietatibus pensionis per præsentis reservandæ hujusmodi, in Domini Nostri Jesu Christi immediate sequenti nativitatibus, et sic successive de anno in annum ac termino in terminum integre his præsentibus dictis œconomis et deputatis, ac præsulibus, seu administratoribus præfatis non intimatis, nec præsentatis, earundem tamen præsentium vigore, nec alias, alioquin præsens reservatio nulla sit eo ipso persolvendam, et per supradictorum locorum piorum administratores, aut rectores, seu deputatos, vel eorum legitimos procuratores pro respectiva unicuique superius assignata portione pro quolibet percipiendam, exigendam, levandam, et in locorum piorum eorundem utilitatem convertendam, apostolica auctoritate prædicta ipsarum tenore præsentium usque ad summam dictorum sexmillium circiter ducatorum auri de camera tertiæ parti ipsius mensæ episcopalis fructuum respondentem perpetuo reservamus, constituimus et assignamus.

§. 4. Decernentes easdem præsentibus, etiam ex eo quod ecclesia Conchensis præfata ad præsens vacat, ac legitimo pastore, et defensore careat, et eisdem præsentibus œconomi, seu deputati, ac præsules, seu administratores præfati ad id vocati non fuerint, et reservatio pensionis per præsentis reservatæ, hujusmodi extra consistorium Nostrum secretum, et absque venerabilium fratrum Nostrorum S.R. E. cardinalium consilio facta extiterit, aut ex quovis alio capite, vel prætextu, etiam quantumvis legitimo, et juridico, pio, privilegiato, ac speciali nota digno, et de necessitate juris, vel facti omnino exprimendo, de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, vel intentionis Nostræ, aut alio quocumque defectu notari, impugnari, aut adversus eas, quodcumque juris vel facti, aut gratiæ remedium, vel oris aperitionem impetrari, aut etiam metu simili concedi nunquam posse, sed eas semper validas et efficaces

Clausula sublata, et decretum irritans.

existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, perinde ac si pensio hujusmodi per presentes reservata, in consistorio prædicto, ac de eorundem fratrum Nostrorum consilio, et de consensu illius, vel illorum qui pensionem supradictam solvere debebunt, reservata fuisset. Sicque et non alias per quoscunque iudices ordinarios vel delegatos quavis auctoritate fungentes etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, vicelegatos, ac Sedis apostolicæ nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi et interpretandi facultate, et auctoritate, iudicari et definiti debere, irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, ac æconomis seu deputatis, et presules vel administratores præfatos ad integram solutionem pensionis per præsentem reservatæ præfate locis piis hujusmodi, et pro eis eorum respective administratoribus, seu rectoribus, vel deputatis, aut eorum procuratori, seu procuratoribus legitimis faciendam, juxta reservationis constitutionis, et assignationis prædictarum tenorem fore efficaciter obligatos, ac volentes et eadem auctoritate statuentes, quod ille ex æconomis, seu deputatis, et præsulibus, vel dictæ ecclesiæ Conchensis administratoribus præfatis, qui in dictis festivitibus, vel saltem infra triginta dies illarum singulas immediate sequentes pensionem per presentes reservatam præfata non persolverit cum effectu lapsis diebus eisdem dictæ ecclesiæ Conchensis æconomi, seu deputati videlicet sententiam excommunicationis incurrant. Præsulibus vero, seu administratoribus præfatis ingressus ecclesiæ interdictus existat, et donec locis piis supradictis, vel eorum respective administratoribus, sive rectoribus, aut deputatis, seu procuratori, vel procuratoribus de pensione hujusmodi, unicuique pro eorum respective assignata portione tunc debita, integre satisfactum, aut alias cum locorum piorum hujusmodi administratoribus, vel rectoribus, seu deputatis, vel eorum legitimis procuratoribus super hoc amicabiliter concordatum fuerit, præterquam in mortis articulo constitutus, excommunicatus videlicet, ab hujusmodi excommunica-

tionis sententia absolutionis beneficium, interdictus vero hujusmodi interdicti relaxationem nequeat obtinere. Si vero per sex menses dictos triginta dies immediate sequentes, excommunicatus videlicet, hujusmodi excommunicationis sententiam sustinerit, interdictus vero sub hujusmodi interdicto, animo, (quod absit) permanserit indurato, ex tunc effluxis mensibus eisdem, æconomi seu deputati, æconomia et deputatione hujusmodi privati, præsulibus vero, seu administratores præfati, a regimine et administratione dictæ ecclesiæ Conchensis perpetuo suspensi existant eo ipso.

§. 5. Quocirca dilectis filiis magistro Joanni Baptistæ Quarantotti in utraque signatura Nostra referendario, ac decano et antiquiori canonico ejusdem ecclesiæ Conchensis motu simili, per apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel aliam, seu alios faciant auctoritate Nostra pensionem prædictam locis piis hujusmodi, et pro eis eorum administratoribus, seu rectoribus, vel deputatis, sive eorum procuratori, aut procuratoribus legitimis, juxta reservationis, constitutionis, et assignationis præfatarum, ac decreti Nostri hujusmodi continentiam, et tenorem integre persolvi, et nihilominus quemlibet ex dictæ ecclesiæ Conchensis æconomis, seu deputatis, ac præsulibus, seu administratoribus prædictis, quem excommunicationis, seu interdicti, ac suspensionis hujusmodi sententias respective incurrisse eis constiterit, quoties pro parte dictorum locorum piorum administratorum, seu deputatorum fuerint requisiti, tamdiu dominicis, et aliis festivis diebus in ecclesiis dum major inibi populi multitudo ad divina convenerit, excommunicatum, seu interdictum, et suspensionem publice nuncient, et faciant ab aliis nunciari, donec locis piis hujusmodi, et pro eis administratoribus, sive rectoribus, seu deputatis eorum de pensione hujusmodi unusquisque pro sua rata, et superius assignata portione tunc debita fuerit integre satisfactum, ipseque excommunicatus, ab excommunicationis sententia, absolutionis beneficium, interdictus vero, relaxationem interdicti hujusmodi meruerit obtinere, contradictores per censuras ecclesiasticas, appellatione postposita compescendo.

Deputatio ex
ceteris aposto-
lici.

Derogatio con-
trariorum.

§. 6. Non obstantibus Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de præstando consensu in pensionibus, ac Lateranensis concilii novissime celebrati pensiones annuas super mensarum episcopaliū fructibus, redditibus, et proventus, nisi ex cessionis, aut alia probabili causa reservari prohibentis, ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, dictæquæ ecclesiæ Conchensis etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis quomodolibet forsā concessis, confirmatis, et innovatis: quibus omnibus et singulis etiamsi de illis; eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, eorum tenores, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omissis, et forma in illis tradita observata etiam inserti forent præsentibus pro plene et sufficienter expressis, et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris hac vice damtaxat latissime, et plenissime, ac specialiter, et expresse motu simili derogamus, et derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque. Aut si œconomis, seu deputatis, vel præsulibus, aut administratoribus prædictis, vel quibusvis aliis communiter, aut divisim ab eadem sit Sede indultum, quod ad præstationem, vel solutionem pensionis alicujus minime teneantur, et ad id compelli, aut quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

Sanctio poena
illis.

§. 7. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ reservationis, constitutionis, assignationis, decreti, statuti, voluntatis, et derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo octingentesimo secundo, pridie kalendas martii, pontificatus Nostri anno secundo.

CXL

Restitutio cathedralis ecclesiæ Montis
Regalis in Sicilia.

Pius episcopus

Servus servorum Dei
Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. Imbecillitas humanæ mentis, quadam obrutæ tenebrosa caligine, quod futurum est, nullo pacto præscire, vel detegere valens, ideoque erroribus in suo iudicio semper obnoxia, nonnumquam ea, quæ a Romanis pontificibus cum sapientissimorum regum votis circa metropolitanas ecclesias non minus provida, quam optima ratione sancita sunt, ob aliquas deinde ortas difficultates, ex quibus non leve animarum saluti detrimentum obvenire posse pertimescitur: ita moderari, et innovari ab apostolica Sede efflagitat, ut justis suadentibus causis, quæ posterius apostolicæ auctoritatis robore firmata fuerit, pro meliori animarum regimine penitus abrogatis, ea ad pristinum salubriorem statum restituat, prout rerum, ac temporum qualitatibus sedulo perpensis, conspicit in Domino plurimum expedire.

§. 2. Postquam itaque, ut Nobis compertum est, insignis ille Montis Regalis locus, in quo claræ memoriæ Guillelmus II. Siciliæ rex conspicuum monasterium, novamque ecclesiam erexerat, quemque ne dum amplissimis redditibus, sed et spiritualibus prærogativis, et privilegiis ab apostolica Sede ditari curaverat, ad ejusdem Guillelmi regis preces, efflagitationesque dudum a fel. rec. Lucio papa III. prædecessore Nostro ad civitatis archiepiscopalis gradum evectus, illiusque ecclesia præfata in cathedralem, et metropolitanam ecclesiam fuerat erecta, ac pro novæ illius diœcesis constitutione idem Lucius prædecessor nonnulla loca, monasteria, et ecclesias a diversis aliis diœcesibus apostolica ejus auctoritate respective separata ac divisa novæ Montis Regalis, illiusque futuri, et pro tempore existentis archiepiscopi jurisdictioni subjecerat, plures tractu temporis insurrexerunt quæstiones, ad quarum omnem occasionem, ac pacem, et tranquillitatem in popu-

Dat. die
2 martii
1802
anno II.

Proemium.

Memoratur
unio facta a
prædecessore
Pio VI, gravi-
bus urgenti-
bus rationibus

Iorum animis confovendam, charissimus in Christo filius Noster Ferdinandus utriusque Siciliae rex nihil magis putavit expediturum, quam eisdem metropolitanae ecclesiae Montis Regalis unionem cum altera metropolitana ecclesia Panormitana, proptereaque cum ipse Ferdinandus rex pro impetranda desuper apostolicae Sedis auctoritate, fel. rec. Pio papa VI. praedecessori Nostro suas porrexit preces: praedictus Pius praedecessor omnibus mature per eum percipens per suas in forma brevis sub annulo piscatoris die VII. Julii anni Domini MDCCCLXXV. expeditas literas, metropolitanam ecclesiam Montis Regalis praedictam, certo tunc expresso modo pastoris solatio destitutam alteri metropolitanae ecclesiae Panormitanae apostolica auctoritate perpetuo, et aequae principaliter univit, ita ut unus tantum archiepiscopus utrique ecclesiae praesesset; ac providis per eum factis dispositionibus circa id quod ab alienis diocesium junctum antiquitus et unitum diocesi Montis Regalis: in reliquis statuit, ut redditus hujusce mensae archiepiscopalis per ipsum archiepiscopum Panormitanum, et Montis Regalis deinceps administrarentur; ac reservata ex iis archiepiscopo praefato, pro aucti sibi laboris, congrua mercede, annua summa, ab eodem Ferdinando rege praeficienda, quae tamen non esset minor scutorum mille monetae Romanae, et reliquum esset in conservationem, et incrementum classis triremium bellicarum, ad retundendos piratarum, turcarum, aliorumque christiani nominis hostium incursus erogandum, et convertendum, ac pro hujusmodi effectu personis ab eodem Ferdinando rege, ejusque successoribus deputatis, seu deputandis per pro tempore existentem archiepiscopum Panormitanum et Montis Regalis persolvi deberet; ac alias prout in dictis literis ejusdem Pii praedecessoris plenius continetur.

Declaratur
praecipiam unionem optatum firmam non attulisse.

§. 3. Hanc vero sic peractam duarum metropolitanarum ecclesiarum unionem, quamvis praemissis omnibus perturbationibus, medelam visum fuerit attulisse, non ita tamen spirituali animarum profectui, et illius regni felicitati ipsemet Ferdinandus rex confluere dignovit, ut nullum amplius detrimentum reciperet, sed majora quidem incommoda ex

ea obvenisse conspexit, proptereaque praefatus Ferdinandus rex, qui de animarum salute maximo afficitur studio, summamque gerit sollicitudinem, ut populi suae temporali ditioni subiecti optime a suis pastoribus spiritualiter dirigantur, ac per solertem ipsorum industriam in lege Domini ambulantes condignos virtutum flores, ac honorum operum fructus uberius exhibeant: ad consulendam suorum subditorum salubriori regimini, et gubernio, expediens, ac prorsus necessarium esse ducens, ut praedicta Montis Regalis ecclesia in pristinum reintegretur statum, eique novus, ac distinctus praesul constitatur, suas ad hoc per dilectum filium Nostrum Fabritium sanctae Mariae in Cosmedin Sanctae Romanae Ecclesiae diaconum cardinalem Ruffo nuacupatum, ejusdem Ferdinandi regis apud Nos, et Sedem apostolicam administrum plenipotentiarium enixas Nobis detulit preces.

§. 4. Nos igitur, qui pro muneris Nostri debito super universa gregis Domini curam humeris Nostreis a Christo Jesu pastorem animarum principe, licet immerito commissa, assiduo vigilare, et omnia quae in animarum earundem detrimentum cedere possunt, ab eis avertere, et amovere tenemur, earundem ecclesiarum Panormitanae, et Montis Regalis, ad praesens per liberam dimissionem venerabilis fratris Nostri Philippi Lopez y Royo, ultimi illarum archiepiscopi, in manibus Nostreis sponte factam, et per Nos admissam vacantium, optimo, felicitate statui opportune prospicere, ac piis ejusdem Ferdinandi regis desideriis in praemissis favorabiliter annuere volentes, ex certa scientia, et matura deliberatione Nostri, deque apostolicae potestatis plenitudine, unionem praedictae metropolitanae ecclesiae Montis Regalis a praefato Pio praedecessore alteri metropolitanae ecclesiae Panormitanae, ut praefertur, factam apostolica auctoritate perpetuo dissolvimus: dictamque ecclesiam Montis Regalis cum assignata diocesi a quacumque jurisdictione ordinaria, et delegata pro tempore existentis archiepiscopi Panormitani, tam in spiritualibus, quam in temporalibus itidem perpetuo abdicamus, sejungimus, et separamus, nec non clerum

Reintegrantur
ecclesiae ad pri-
maeva jura.

et populum prædictæ civitatis et diocesis Montis Regalis a quacumque dicti archiepiscopi Panormitani jurisdictione et subjectione eadem apostolica auctoritate etiam perpetuo eximimus, et liberamus.

Ecclesia Montis Regalis in pristinum statum reponitur

§. 5. Eandemque ecclesiam Montis Regalis sic disjunctam, et separatam ad Dei omnipotentis gloriam, et honorem, animarumque populorum salutem in pristinum cathedralis, et metropolitanæ ecclesiæ statum, cum suis capitulo, mensa archiepiscopali, cæterisque cathedralibus, et archiepiscopalibus insigniis, juribus, jurisdictionibus, præeminentiis, prærogativis, et privilegiis, quibus ante illius unionem præfatam pro tempore existens Montis Regalis archiepiscopus seorsim utebatur, fruebatur, et gaudebat; ita quod ex nunc deinceps perpetuis futuris temporibus unicuique ecclesiarum Panormitanæ, et Montis Regalis de idoneo pastore ad præsentationem ejusdem Ferdinandi regis per Sedem apostolicam provideri debeat, scientia, et potestatis plenitudine similibus perpetuo quoque restituiamus, reponimus, et plenarie reintegramus.

Eidem restituantur bona, ecclesiæ, et monasteria in regno Siciliae ultra pharum existentia.

§. 6. Nec non ipsi metropolitanæ ecclesiæ Montis Regalis sic restitutæ, omnia et singula loca, ecclesias, et monasteria in regno Siciliae ultra pharum existentia, quæ ante præfatam unionem eidem prædictæ metropolitanæ ecclesiæ Montis Regalis, ut præfertur, pertinebant, exceptis dumtaxat iis, de quibus infra specialem habebimus rationem, pro suis diocesi ac territorio itidem perpetuo de novo constituimus, et assignamus; eademque loca, ecclesias, et monasteria sic de novo assignata una cum clero, ac populo ordinariæ futuri, et pro tempore existentis archiepiscopi Montis Regalis jurisdictioni, superioritati, et auctoritati de novo etiam perpetuo subijcimus, atque supponimus.

Assignatio ecclesiarum suffraganearum.

§. 7. Et insuper Cataniensem, et Syracusanam ecclesias, quæ Panormitanæ et Montis Regalis ecclesiis in actu illarum unionis præfatæ subiectæ fuerunt, a metropolitana pro tempore existentis archiepiscopi Panormitani ecclesiæ sic disjunctæ jurisdictione perpetuo etiam eximimus, et liberamus: easque in suffraganeas ecclesiæ Montis Regalis sic restitutæ tan-

tum de novo, ut antea, constituimus, et assignamus, illiusque futuro, ac pro tempore existenti archiepiscopo metropolitico jure subesse declaramus.

§. 1. Cum sicut Nobis nuper exponi fecerant dilectæ in Christo filiæ abbatissæ, seu priorissæ, et moniales ordinis eremitarum sancti Augustini exalceatarum nuncupatarum monasteriorum sanctæ Ursulæ civitatis Valentini, et villarum vulgo Alcoy, Xavea, Olleria, et Beoigamin, nec non oppidi civitatis nuncupati de Denia, in dominica ultima augusti assignata pro officio, et missa beati Joannis de Ribera fundatoris coincidunt sæpe beatæ Mariæ virginis de Cintura, et sancti patris Augustini festi dies, ideoque festum, et officium, prædictum ad aliam anni diem transferri, et fixari plurimum desiderent.

Ratio concessionis.

§. 2. Nos igitur dictas exponentes specialibus gratiis, et favoribus, prosequi volentes, et earum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et

Tenore concessionis.

Dat. die
2 aprilis
1802
anno III.

pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, referente dilecto filio magistro Julio De Carpineo sacrorum Rituum congregationis secretario, loco dominicæ ultimæ mensis augusti alias assignatæ, diem decimam quartam mensis januarii festo cum officio, et missa beati Joannis de Ribera pro iisdem monialibus supplicantibus auctoritate apostolica tenore præsentium assignamus; et quando eadem die xiv. januarii occurrerit festum sanctissimi nominis Jesu, ipsi festo beati Joannis diem xv. sequentem auctoritate, et tenore prædictis assignamus.

Derogatio cen-
suariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictorum monasteriorum, et ordinis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indulgiis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis: quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris, die secunda aprilis millesimo octingentesimo secundo, pontificatus Nostri anno tertio.



CXIX.

Facultas regi catholico suspendendi nominationes duorum prioratuum militiæ de Calatrava, eorumque fructus interim applicandi pro expensis faciendis in translatione communitalis conventus de Calatrava

Dat. die
2 aprilis
1802
anno III.

Carissimo in Christo filio Nostro Carolo Hispaniarum regi catholico.

Pius PP. VII.

Carissime in Christo fili Noster
Salutem, et apostolicam
benedictionem.

§. 1. **M**ajestatis tuæ nomine nuper expositum fuit, quod cum duo prioratus, seu præceptorie vel commendæ sancti Benedicti de Jaen, et sanctæ Mariæ Magdalensæ de Alcaniz militiæ de Calatrava, cujus administrator perpetuus apostolica auctoritate deputatus existis, vacaverint, et vacant de præsentibus per obitum bonæ memoriæ Francisci de Losa y Boxas, et Joannis Francisci Carrasco Suarez de Figueroa ultimorum illorum respective priorum, seu præceptorum, vel commendatorum, cumque communitas conventus de Calatrava dictæ militiæ se ad locum de Almagro vulgo nuncupatum se quamprimum, transferre debeat, ad quam translationem efficiendam plurimi occurrunt sumptus, et impensæ, tu, ut communitati prædictæ consulas dictorum prioratuum collationes ad aliquod tempus suspendere, atque interim illorum fructus, redditus, et proventus ad memoratam communitalis translationem hujusmodi perficiendam applicare et convertere intendis, si Nostra, et hujus sanctæ Sedis tibi super his licentia suffragetur, et facultas. Nobis propterea humiliter supplicari fecisti, ut in præmissis opportune providere, et, ut infra, indulgere de benignitate Nostra apostolica dignaremur.

Expositio præ-
cum.

§. 2. Nos igitur majestatis tuæ votis, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, et conventus singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis mo-

Tenor conces-
sionis.

do, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, majestatis tuæ collationes dictorum duorum prioratum, seu præceptoriarum, vel commendarum sancti Benedicti, et sanctæ Mariæ Magdalænæ suspendendi, illorumque, seu illarum fructus, redditus, et proventus quoscumque ferendis sumptibus, et expensis in translatione communitatis prædicti conventus de Calatrava faciendis, necessitatibus hujusmodi durantibus dumtaxat, persolutisque omnibus oneribus, quæ quolibet anno super ambobus prioratibus prædictis distribuenda sunt, auctoritate Nostra apostolica applicandi, et convertendi, nec non unum, vel plures eorundem prioratum particulares administratores interinos ad id eligendi plenam, et amplam facultatem eadem auctoritate, tenore præsentium concedimus, et impertimur.

Clausula sublata et decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem præsentibus literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinariorum, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, et sanctæ Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus præmissis, et quatenus opus sit, fel. rec. Alexandri pp. VII. prædecessoris Nostri die xviii. novembris MDCLXI. expeditis literis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ejusdem militiæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis

etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die secunda aprilis millesimo octingentesimo secundo, pontificatus Nostri anno tertio.

CXX.

Dat. die
2 aprilis
1882
anno III.

Indultum utendi habitu prælatiis cum privilegiis prælatorum domesticorum in perpetuum pro duabus primis dignitatibus cathedralis ecclesiæ Spoletanæ.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. In summo apostolatus apice, meritis licet imparibus, constituti ad statum ecclesiarum omnium, quarum Nobis a Domino commissa est cura, personarumque in eis Altissimo famulantium propensis studiis animum intendimus, ac primorum earundem ministrorum decori, et honorificentiæ præsertim consulimus.

§. 2. Cum itaque, sicut Nobis nuper exponi fecit venerabilis frater Franciscus Maria episcopus Spoletanus, cathedralis ecclesia ipsius Spoletanæ civitatis antiquitatis laude, templi majestate, patrimonii amplitudine, dignitatum, et canonicorum probitate, et scientia non mediocriter floreat, multum splendoris, et ornamento ad ipsam ecclesiam accederet, ac divinus in ea cultus, populi devotio majora susciperet incrementa, si primæ ejusdem ecclesiæ dignitates, prioratus, et archidiaconatus nuncupatæ, quas de præsentibus dilecti filii Cæsar Lauri, et Franciscus Ridolfi respective obtinent, novis de-

Proemium.

Expositio proemii.

corationibus, et honorificentis donentur. Nobis propterea idem episcopus humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concess-
sionis.

§. 3. Nos igitur dignitates prædictas nova, ampliorique prærogativa exornare volentes, ac dictorum Cæsaris, et Francisci singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censes supplicationibus hujusmodi eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, eisdem Cæsari priori, et Francisco archidiacono, eorumque successoribus in perpetuum dignitates hujusmodi pro tempore obtinentibus, ut habitum prælatitium, vestem scilicet talarem oblongam cum mantelletta violacei coloris, et rocchetto tam in ecclesia prædicta, ejusque choro, et capitulo, quam extra eam in processionibus, aliisque functionibus, et actibus publicis quibuscumque gestare, illoque uti cum omnibus prærogativis, privilegiis, et præeminentiis, quibus prælati Nostri domestici utuntur, fruuntur, et gaudent, ac uti, frui, et gaudere possunt, et poterunt in futurum, libere et licite possint, et valeant auctoritate apostolica, tenore præsentium concedimus et indulgemus; dignitatesque prædictas desuper a quoquam impediri, molestari, vel perturbari nullatenus posse, ac irritum et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Derogatio con-
trariorum.

§. 4. Non obstantibus fel. rec. Benedicti pp. XIV. prædecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non dictæ ecclesiæ cathedralis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis de-

Bull. Rom. Tom. XI. F. 66.

rogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanens ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die secunda aprilis millesimo octingentesimo secundo, pontificatus Nostri anno tertio.

CXXI.

Dat. die
4 aprilis
1802
anno III.

Decretum absolutionis, et dispensationis ab eminentissimo card. legato elargitæ iis ex novis Galliarum episcopis, qui pridem episcopales sedes abque Sedis apostolicæ institutione occupant.

Claudio Francisco Mariæ Primat occupante primum Cameracensem, postea Lugdunensem sedem.

Joanni Claudio le Blanc de Beau lieu, Rothomagensis.

Joanni Francisco Perrier dicto episcopo vulgo *du Puy de Dome*.

Claudio le Coz, Rhedonensem.

Joanni Baptistæ Saurine dicto episcopo vulgo *des landes exaratum* in forma gratiosa, eminentissimi domini cardinalis legati manu subscriptum, signoque munitum, atque unicuique eorum per reverendissimum dominum episcopum Aurelianensem consignandum, postquam respiciendæ signa quisque exhibuisset, eique se conformasset.

Nos Joannes Baptista tituli sancti Honaphrii S. R. E. presbyter cardinalis Caprara archiepiscopus, episcopus Aesinus sanctissimi Domini Nostri Pii papæ VII. et sanctæ Sedis apostolicæ ad primum Galliarum reipublicæ consulem a latere legatus.

Cum r. d. (cujusque nomen et cognomen, atque archiepiscopalis aut episcopalis sedes exprimebatur) absque apostolicæ Sedis institutione jam

occupatam abjecerit, et ab illius ecclesie regimine prorsus cessaverit; nec non debitam Romano pontifici obedientiam, et submissionem professus sit, atque judiciis apostolicæ Sedis super ecclesiasticis Galliarum negotiis emanatis sincero animo se adherere, ac plane subjectum esse declaraverit.

Nos qui Sanctitatis Sux, et sanctæ Sedis de latere legati potestate fungimur, memoratum N. N. catholicæ unitati adherentem, a quibusvis sententiis, censuris, et pœnis ecclesiasticis, tam a jure, quam ab homine, quavis causa et occasione latis, et quomodolibet respectiue incursis, speciali et apostolica expressa auctoritate in utroque foro absolvimus, et absolutum declaramus, cum pœnitentia semel recitandi septem psalmos pœnitentiales, et cum obligatione sollicite servandi unitatem in vinculo pacis; et cum præfato N. N. suffragante ei merito sux conformitatis Sanctitatis Sux hortatibus, super quacumque irregularitate, quavis causa et occasione quomodolibet contracta, pari apostolica speciali et expressa auctoritate, in utroque similiter foro, misericorditer dispensamus. Constitutionibus et ordinationibus apostolicis, cæterisque in contrarium facientibus speciali etiam et individua mentione dignis non obstantibus. Datum Parisiis ex ædibus nostræ residentie die 4. aprilis 1802.

Loco ✠ Signi

J. B. card. legat.

Vincentius Ducci a secretis in ecclesiasticis.

Gratis etiam quoad scripturam.

Ego subsignatus episcopus Aurelianensis, ab eminentissimo domini cardinalis legato designatus, ut decretum in forma gratiose, ut supra conceptum tum absolutionis a quibusvis censuris et pœnis ecclesiasticis, tum dispensationis super quacumque irregularitate alargiretur quinque superius recensitis, ac ad archiepiscopales, et episcopales sedes respective nominatis a primo Galliarum reipublicæ consule; postquam tamen respicientiæ signa quisque exhibuisset, et ipsius decreti conditionibus ac tenori se conformasset, fidem facio, me die de-

cima sexta currentis, singulis præfatis nominatis, respicientiæ signa exhibentibus, et decreti conditionibus, ac tenori sese conformantibus, memoratum absolutionis et dispensationis decretum tradidisse, quod a singulis ea qua par erat reverentia exceptum fuit. In quorum fidem præsentem mea manu subscripsi. Datum Parisiis die

Stephanus episcopus Aurelianensis.

CXXII.

Confirmatio concessionis juris præsentandi parochum in ecclesia sancti Elpidii castri hujus nominis in diocesi Firmana facta ab archiepiscopo Firmano favore familiæ Spaccasassi Orticinii ejusdem diocesis.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. **P**astoralis Nostra sollicitudo postulat, ut Christi fidelium præsertim temporali Nostro, et S. R. E. dominio subditorum tranquillitatem, quantum in Nobis est, tueamur, ut ipsi omni litium, et discordiarum metu sublato, mutua charitate devincti pastori æterno valeant jugiter famulari.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilectus filius Franciscus parochus, et alii filii, ac nepotes bone. Josephi Spaccasassi de Orticinio Firmanæ diocesis, quod cum venerabilis frater Andreas archiepiscopus Firmanus a fel. rec. Pio pp. VI. prædecessore Nostro hospitalis s. Mariæ Charitatis vulgo Projectorum nuncupati Firmanæ civitatis visitor, et delegatus apostolicus esset constitutus, ut hospitale præfatum a magnis sumptibus pro restauratione ecclesie parochialis s. Elpidii in castro ejusdem denominationis s. Elpidii Morigi ipsius Firmanæ diocesis faciendis ad quos sumptus hospitale præfatum tenebatur ratione ejusdem sui juris nominandi, et præsentandi dictæ ecclesie parochum, jus patronatus hujusmodi cum omnibus, et singulis honoribus, et oneribus ad memoratum

Dat. die
6 aprilis
1802
anno III.

Proemium

Expositio præsum.

Josephum, suosque transtulit, concessit, et donavit, prout ex ipsius visitatoris apostolici die xviii. februarii MDCCCLXXXIV. emanato decreto, cujus tenorem pro expresso haberi volumus, uberius continetur. Quo autem, sicut eadem expositio subjungebat, decretum concessionis hujusmodi firmitus subsistat, et servetur exactius ipsi exponentes apostolica auctoritate omnia confirmari summopere desiderant.

§. 3. Nos ipsos exponentes specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, idem visitatoris, et delegati apostolici concessionis prædictæ decretum una cum omnibus, et singulis in eo contentis, et expressis, auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis, ac perpetuæ apostolicæ firmitatis robur adicimus, omnesque juris, et facti solemnitatum defectus si qui desuper quomodolibet intervenerint, auctoritate, et tenore præsentis supplementis, et sanamus.

§. 4. Decernentes easdem præsentis literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et spectabit quomodolibet in futurum plenissime suffragari, ac ab omnibus respective inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus fel: rec: Pauli II. et aliorum Romanorum pontificum prædecessorum Nostrorum aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac quatenus opus sit,

Bull. Rom. Tom. XI. F. 66.

hospitalis præfati etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Cæterum per præsentis juspatronatus prædictum non intendimus in aliquo approbare. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die sexta aprilis millesimo octingentesimo secundo, pontificatus Nostri anno tertio.

CXXIII.

Reductio festorum in diocesis Galliarum

Dat. die
9 aprilis
1802
anno III.

Nos Joannes Baptista, tituli sancti Honuphrii, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyter cardinalis Caprara, archiepiscopus, episcopus Aesinas, sanctissimi Domini Nostri Pii papæ VII., et sanctæ Sedis apostolicæ ad primum Galliarum reipublicæ consulem a latere legatus.

§. 1. **A**postolicæ Sedis, cui eccliesiarum omnium sollicitudo a Domino Nostro Jesu Christo imposita fuit, officium est, servandæ ecclesiasticæ disciplinæ rationem ita moderari, ut locorum ac temporum circumstantiis opportune, ac suaviter provideatur. Id præ oculis habens sanctissimus dominus Noster Pius divina providentia papa VII., ad ceteras animi sui curas, quas pro Gallicanis ecclesiis suscepit, eam quoque adjecit, ut, quid in novo hoc rerum ordine, quod ad festos dies constitueret oporteret, deliberandum sibi proponeret.

§. 2. Notum siquidem Sanctitati Suae in primis erat, in tanta regionum latitudine, quæ Gallicanæ reipublicæ territorium constituunt, non unam

Proemium.
Ratio decernenda reductionis.

Tenor confirmationis.

Clausula sublata, et decretum irritans.

Derogatio contrariorum.

hac in re, eandemque consuetudinem viguisse, sed alios in aliis diocesisibus festos dies custoditos fuisse. Animadvertentibus præterea, populis, qui ejusdem reipublicæ gubernatio subjacent, magnam esse, post tantos bellorum eventus, earum rerum reparandarum necessitatem, quæ ad commercium pertinent, ac vitæ usus; quibus quidem reparandis, propter interdictum diebus festis manuum laborem, eorundemque dierum numerum, non ita facilis via pateret. Denique et illud, non sine magno animi dolore expe- debat, non eadem ubique pietate hisce in regionibus festos huc usque dies observatos fuisse; ut propterea ob neglectam pluribus in locis festorum dierum religionem, non parvum in bonos, piosque fideles scandalum dimanaret.

Facultates le-
gato a latere
concessæ pro
decernenda re-
ductione.

§. 3. His ergo omnibus perpensis, et mature libratis, factum est, ut e re tum christiana, tum publica futurum judicaverit, si status quidam festorum dierum numerus, (isque quo contractior fieri posset) in toto reipublicæ territorio retinendus constitueretur, ut et omnes qui iisdem legibus continentur, æqualitate firmata, eandem disciplinam tenerent, et eorum dierum immutatione cum levari multorum necessitas, tum facilius eorum qui reliqui fierent, observatio redderetur. Quare cum ad hæc primi etiam reipublicæ consulis desideria, et postulata accesserint, Nobis uti ejusdem Sanctitatis Suxæ a latere legato injunxit, ut de apostolicæ potestatis plenitudine, festorum dierum, qui iisdem dominici non sint, numerum ad eos tantum in universo Galliarum reipublicæ territorio contractos esse declararem, quos ad calcem indulti hujus enumerabimus, ita ut posthac in reliquis festis diebus omnes ejusdem incolæ non solum a præcepto audiendi missam, vacandique ab operibus servilibus, sed a jejunii etiam obligatione in diebus, qui festa hujusmodi proxime præcedunt, prosus absoluti censeantur et sint. Eam tamen legem adjectam esse voluit, ut in festis diebus, vigiliisque eos præcedentibus, quæ suppressæ decernuntur, in omnibus ecclesiis nihil de consueto divinorum officiorum, sacrarumque ceremoniarum ordine ac ritu innovetur, sed omnia ea prorsus ratione peragantur, qua hactenus consueverunt, ex-

ceptis tamen festis Epiphaniæ Domini, sanctissimi Corporis Christi, ss. apostolorum Petri et Pauli, et sanctorum patronorum cujuslibet diocesis et paræciæ, quæ in Dominica proxime occurrente in omnibus ecclesiis celebrabuntur.

§. 4. Ad honorem autem ss. apostolorum, et martyrum Sanctitas Sua præcipit, ut tum in publica, tum in privata horarum canonicarum recitatione, omnes qui ad illas tenentur, in solemnitate ss. apostolorum Petri et Pauli, sanctorum omnium apostolorum; in festivitate vero s. Stephani protomartyris, omnium sanctorum martyrum commemorationem faciant, quod idem in missis omnibus iisdem diebus celebrandis agendum erit. Eadem pariter Sanctitas Sua mandat, ut anniversarium dedicationis templorum, quæ in ejusdem Gallicanæ reipublicæ territorio erecta sunt, in dominica quæ octavam festivitatis omnium sanctorum proxime sequetur, in cunctis Gallicanis ecclesiis celebretur.

§. 5. Quamvis vero æquum esset, ut in diebus festis sic abrogatis præceptum saltem audiendi missam retineretur, ut tamen Galliarum populi vere paternam Sanctitatis Suxæ in omnes charitatem magis agnoscant, hortatur solum, atque eos præsertim qui victum parare sibi labore manuum minime coguntur, ut his diebus sacrosancto missæ sacrificio haud negligant interesse.

§. 6. Illud denique Sanctitas Sua a religione, ac pietate Gallorum sibi pollicetur; ut quo minor in posterum futurus erit tum dierum festorum, tum jejuniorum numerus, eo majori studio, fervore, ac diligentia paucos illos, qui supererunt, observaturi sint, illud sedulo animo reputantes, Christiano nomine indignum esse quisquis Christi, et Ecclesiæ ejus mandata, qua par est cura non custodit. Ut enim præclare scriptum est ab apostolo Joanne qui dicit se nosse eum, et mandata eius non custodit, mendax est, et in hoc veritas non est.

Commemoratio
facienda de
solemnitatibus
abrogatis.

Monitum circa
præceptum au-
diendi missam

De observan-
tia jejuniorum
servandorum.

Dies festi præter dominicos
in Galliis observandi.

Nativitas D.N.J.C.

Ascensio.

Assumptio B.M.V.

Festum sanctorum omnium.

Datum Parisiis, ex aedibus No-
stræ residentie, hac die 9. aprilis 1802.

J. B. card. Caprara, legatus.

I. A. Sala, apostolicæ legatio-
nis secretarius.

Verba cardinalis legati in prima ejus
publica admissione die 9. apri-
lis 1802. ad primum consulem rei-
publicæ Gallicanæ.

General premier consul

C'est au nom du souverain
pontife, et sous vos auspices, gé-
neral premier consul, que je viens
remplir au milieu des Français les
augustes fonctions de legat à latere.

Je viens au milieu d'une gran-
de, et belliqueuse nation, dont vous
avez rehaussé la gloire par vos con-
quêtes, et assuré la tranquillité ex-
térieure par une paix universelle, et
au bonheur de la quelle vous allez
mettre le comble, en lui rendant le
libre exercice de la religion catholi-
que. Cette gloire vous étoit réservée
general consul. Le même bras, qui
gagna des batailles, qui signa la paix
ac toutes les nations, redonne de la
splendeur aux temples du vrai Dieu,
relève les autels, et raffermi son culte.

Consommé, general consul,
cette œuvre de sagesse si longtems
desirée par vos administrés. Je ne
négligerai rien pour y concourir.

Interprète fidèle des sentiments
du souverain pontife, le premier, et
le plus doux de mes devoirs, est de
vous exprimer ses tendres sentiments
pour vous, et son amour pour tous
les Français. Vos desirs régleront la

durée de ma demeure auprès de vous.
Je ne m'en éloignerai, qu'en depo-
sant entre vos mains les monuments
de cette importante mission, pendant
la quelle, vous pouvez être sûr, que
je ne me permettrai rien, qui soit
contraire aux droits du gouvernement,
et de la nation. Je vous donne pour
garant de ma sincérité, et de la fi-
délité de ma promesse, mon titre,
ma franchise connue, et j'ose le di-
re, la confiance, que le souverain
pontife, et vous même m'avez te-
moignée.

Verba promissionis, quam cardi-
nalis legatus in præfata prima
admissione e scripto
recitavit.

Promitto primo consuli, me
legati munere non functurum, nec
facultatibus mihi a s. Sede concessis
usurum, nisi quamdiu in republica
ero, et ipsi primo consuli placuerit;
adeo ut certior factus de illius vo-
luntate, illi convenienter legati no-
men, et jus continuo sim depositurus;
simulque omnium, quæ a me geran-
tur, legatione finita, codicillos reli-
cturum in manibus ejus, quem vo-
luerit primus consul. Item servaturum
statuta, et consuetudines reipublicæ,
et nunquam jurisdictioni, ac juribus
gubernii derogaturam. In quorum te-
stimonium præsentem meam promissio-
nem publice perlegi.

Exemplum epistolæ ad sanctissimum
dominum Nostrum Pium pp. VII.
datæ ab iis ex novis Galliarum epi-
scopis a primo reipublicæ consule
nominatis, qui prius occupaverant
sedes episcopales absque institutio-
ne Sedis apostolicæ.

Beatissime Pater

A primo Galliarum consule in
episcopum nominatus, nihil
antiquius habeo quam ut ea omnia
discordiarum semina penitus extin-
guere possim, quæ ex Gallicanæ re-
volutionis inevitabili serie dimanarunt.

Quapropter, ne quid Sanctitati Vestrae dubium in hac parte, circa mentis meae propositum existere possit, sincero corde profiteor me constitutionem, ut ajunt, civilem cleri Gallicani ultro deserere, novae conventionis inter Sanctitatem Vestram, et gubernium Gallicanum iactae, me dispositiones et articulos admittere et admissurum, profiteri et professurum; veramque Sanctitati Vestrae, ac successoribus ejus obedientiam servaturum. Sanctitatem Vestram exiis rogo, ut haec pro invariabili mentis meae proposito habeas, me tamquam Ecclesiae Catholicae filium obedientissimum respicere velit, mihi que canonicam institutionem, quam ab ipsa humiliter efflagito, concedere dignetur.

Interim benedictionem apostolicam ab ipsa petit, tamquam charitatis ejus erga se pretiosum pignus.

Sanctitatis Vestrae

Beatissime Pater

Humillimus, et obsequen-
tissimus filius

Parisius.

Sequitur subscriptio cum testimonio de subscriptione a hinc episcopis Aurelianensi, et Venetensi dato.



CXXIV.

Dat. die
9 aprilis
1802.
anno III.

Indulgentia plenaria in forma jubilei assequenda ab eis, qui in novarum diocesium erectione peccatorum facta confessione visitaverint ecclesias ab novis episcopis designandas.

Nos Joannes Baptista, tituli sancti Honuphrii, Sanctae Romanae Ecclesiae presbyter cardinalis Caprara, archiepiscopus, episcopus Aesinus, sanctissimi Domini Nostri Pii papae VII., et sanctae Sedis apostolicae ad primum Galliarum reipublicae consulem, a latere legatus.

§. 1. **S**ublata tandem calamitate bellorum, quibus diu tam magna orbis pars miserandum in modum jactata fuit, miseratione, et clementia Dei, primique reipublicae vestrae consulis sapientia, ea pax Gallis nuper est reddita, quae incensis omnium desideriis et votis jamdudum expetebatur. Ea, patriae cives, liberos parentibus, uxoribus viros, agris cultores, opifices artibus, reipublicae denique universae pristinam restituit tranquillitatem. Exultant propterea Gallorum animi, cum ex omni civium ordine nemo fere sit, quin sibi quoque communem esse sentiat tantam hanc reipublicae utilitatem. Sed quanquam bonum hoc magnum sit atque insigne, illud tamen longe majus debet videri vobis, quod, remotis difficultatibus, quas tantae perturbationes rerum ac temporum instruxerunt, compositisque omnibus animorum discordiis, catholicae religionis cultus antiquae libertati restituitur, omnesque ad unum ovile et eorundem pastorum regimen revocantur. Explicare profecto satis non possumus quantam paternus sanctissimi Domini Nostri animus inde capiat consolationem, qui cum vix ad apostolatus officium evehctus, sollicitudinem suam in vos converterit, nullisque aut laboribus, aut curis pepercerit, ut florentissimae nationi vestrae cumulum hunc felicitatis imponeret, earum tandem fructum uberrimum se percepisse laetanter cognoscit.

§. 2. Itaque Deo primum, qui misericordiae suae recordatus in vos benignus respexit, cum omni humilitate gratias agentes, in tanta hujus

Procurium.

Gratiarum
actio erga Deum.

diei lætitia gratulamur inclyto vestræ reipublicæ primo consuli, cujus potissimum opera usus est Deus, ad tantum bonum vobis comparandum; gratulamur vobis omnibus, qui boni hujus possessores facti estis; nobismetipsis denique gratulamur, qui in his regionibus, Deo disponente, constituti, cum utilitatis vestræ adjutores, tum participes quoque gaudiorum vestrorum effecti sumus.

§. 3. Hoc autem datum vere optimum et donum perfectum quod in vos a Deo collatum est, omni ratione postulat, ut divinæ bonitati atque clementiæ, quam diligentissime respondeatis, ne inde districtius judicemini, unde majora ad æternam salutem præsidia capere debuissetis. Ad has autem splendidas partes sic existimare debetis, satis minime esse, quæ pertinent ad splendorem, cultumque templorum, caeremoniarum apparatus, festorum celebrationem, aliaque hujus generis, quæ cum sanctissime sicut ad honorandum Deum instituta, sunt illa quidem studiose ac ferventer colenda, ut sublatus Deo, diuturna intermissione, honor aliqua ex parte reparatur. At si externis hisce religionis significationibus contenti, nullas esse reliquas partes vestras ducatis, næ vos inanem ac vacuum christianæ professionis umbram ac nomen tenebitis. Quid enim restitutam vobis patrum vestrorum religionem esse profuturam arbitramini, si ea tantum parte, quæ se prodit in lucem et conspectum hominum ipsam retineatis, neglecta illa, quæ in solida erga Deum pietate, atque interno cultu consistit: in spiritu enim et veritate est Deus potissimum adorandus, in quo primum illud est, ut charitatem, sine qua nec oblationes, nec holocausta, nec ritus illi apud Deum accepti esse possunt, animis Nostris foveamus.

§. 4. Sed cum nihil sit quod charitati tam adversetur, quam ea noxarum inquinamenta, quibus nos promissæ Christo fidelitatis immemores, Deum turpiter deserentes, in diaboli transimus servitutem, ab eo exordium est sumendum, ut virtute pœnitentiæ, crimina Nostra abstergentes, in Dei amicitiam et gratiam revertamur. Eia igitur, Galliarum populi, quoniam dies propitiationis advenit, secundam illam post naufragium tabulam, quam divina vobis benignitas offert, quæ-

que peccatorum fluctibus mersos prolevare et in portum divinæ clementiæ valeat deducere (1), sollicito animo amplectamini. Ad hanc vos pastorum princeps, cui dictum in persona Petri fuit: *Quæcumque solveris super terram, erunt soluta et in cælis*, quam maximo potest studio exhortatur, et impellit. Non aliam a vobis ille, tot curis laboribusque, quos pro inclyta natione vestra pertulit, grati animi postulat significationem, nisi ut in jejunio, in fletu, in plancto, in toto denique corde vestro ad Deum convertamini. Thesaurus ille Ecclesiæ omnes, quorum custos et distributor a Deo datus est, vobis omnibus pandit, ut non modo nullum sit flagitii, aut iniquitatis genus, quod deletum esse non velit, sed a temporalibus etiam pœnis, quas propter eas contraxistis, quoad per Ecclesiæ indulgentiam fieri potest, levati ac liberati sitis.

§. 5. Itaque indulgentiam in forma jubilæi, apostolica ejus auctoritate et mandato solemniter promulgamus, quam Sanctitas Sua communem esse vult incolis omnibus universi, qua late patet, Gallicanæ reipublicæ territorii, cujus ut utilitas, in tanta populorum frequentia, commodius capi possit ab omnibus, a die qua præsentis Nostræ literæ in singulis locis a novis archiepiscopis et episcopis mox canonicè instituendis publicabuntur, spatio dierum triginta perdurabit. His autem diebus, idem sanctissimus Dominus Noster Pius, divina providentia papa septimus, de omnipotentis Dei ac redemptoris Nostri misericordia, et beatorum apostolorum ejus Petri et Pauli precibus et auctoritate confisus, omnibus et singulis christifidelibus, qui humili corde ad D. N. J. C. conversi, sacramentaliter confessi, et s. communionem refecti, ecclesiam a singulis archiepiscopis et episcopis, vel eorum vicariis, aut aliis ab iisdem ad hoc deputatis, designatam devote visitantes, in ea, pro tam magno beneficio, Deo omnipotenti gratias egerint, et pro exaltatione Sanctæ Matris Ecclesiæ, pro felici statu Sanctitatis Sux, pro reipublicæ hujus, et magistratuum suorum omnium felicitate, pias ad Deum preces fuderint,

Publicatio indulgentiæ.

(1) Tertull.

De festorum celebratione, templorum cultu, et caeremoniarum apparatu servando.

De peccatorum confessione curanda.

plenariam omnium peccatorum indulgentiam et remissionem, sicut anno jubilæi concedi solet, in Domino misericorditer elargitur. Fidelibus vero omnibus utriusque sexus, et cujuscunque status et conditionis liberum erit quemcumque ex confessariis ad hunc effectum deputandis ab archiepiscopis et episcopis diocesum, in quibus domicilium eis habere contingat, sacerdotem eligere, cui peccata sua sacramentaliter confiteantur; quibus omnibus sacerdotibus extraordinarias, amplissimasque de præfata apostolica auctoritate, per singulos locorum ordinarios concessimus facultates, ut necessitatibus omnium in præventuali foro valeant providere. Senes vero, infirmi, vel alio rationabili impedimento detenti, qui injunctis precibus vacare in ecclesiis non poterunt, ut in propriis oratoriis, vel domibus, de parochi consensu, et confessarii ab se electi judicio, eas perficere, et cæteris adimpletis, similes indulgentias consequi possint, eadem auctoritate apostolica indulgemus.

Collecta pro gratiarum actione in missa recitanda.

§. 6. Denique ut speciali quodam modo gratiæ Deo, pro his collatis beneficiis reddantur a clero, mandamus, ut per integrum triginta dierum spatium, quos hujusmodi indulgentiæ, in jubilæi forma lucrandæ, præscripsimus, in missis omnibus per totam reipublicæ ditionem, addatur collecta pro gratiarum actione, juxta rubricas.

Publicatio confessionis,

§. 7. Ut autem præsentis literæ ad omnium, qui in Gallicanæ reipublicæ territorio degunt, notitiam deducantur, omnes et singulos præfatos archiepiscopos et episcopos in Domino monemus, iisque injungimus, ut, cum primum, præsentibus nostris acceptis, opportunum judicaverint, iis omnibus constitutis, quæ eorum arbitrio commissa sunt, earum exemplar ubique per eorum dioceses et ecclesias faciant promulgare. Datum Parisiis ex ædibus Nostræ residentiæ hac die 9. aprilis 1802.

J. B. cardinalis Caprara legatus.



CXXV.

Dat. die
9 aprilis
1802
anno III.

Facultas suppressendi sodalium sancti Joseph, et Charitatis, ac bona illius incorporandi orphanotrophio puellarum periclitantium Senogalliæ pro cardinali episcopo dictæ civitatis.

Venerabili fratri episcopo
Senogalliensi.

Pius PP. VII.

Venerabilis frater

Salutem, et apostolicam
benedictionem

§. 1. Nihil sane quidquam apostolica Sedes habuit antiquius, quam præsto esse pastoribus, qui ad ecclesias sibi concreditas recte gerendas eas interdum indigent ope, præsidiumque obstantur. Hinc quemadmodum ven. mem. Pius pp. VI. prædecessor Noster te suis de pastoralibus curis exerantem benignè excepit, atque complexus est, ita et Nos tibi omni, quocum Domino possumus, favore peramanter obsecundabimus. Proemium.

§. 2. Siquidem, sicut Nobis tuo nomine expositum est, opus novæ cathedralis ecclesiæ, quæ ut ampliori forma ac magnificentiori ædificaretur, eidem prædecessori placuerat, quum tu esses aggressus, hand quidem tantæ ædi extruendæ tibi satis fuere redditus sodalium dicti de sancto Joseph et Charitate, quos sodalium isto ob ecclesiæ sibi propriæ defectum jam a triginta annis et ultra suspensio manente, ipse idem prædecessor rescripto die decima septima maii, millesimo septingentesimo octuagesimo tertio in memoratam cathedralem ædificandam applicaverat. Quamobrem opere jam expleto, tunc propter alienam æs ingens, quo te nimis ædificationis expensæ onerari compulerant, necesse fuit altero ejus rescripto die decima secunda novembris millesimo septingentesimo nonagesimo secundo redditum hujusmodi applicationem favore tui ad quinquennium prorogare. At vix dum biui anni, binique intercesserant menses, tot tantisque urgeri cepit angustiis orphanotrophiam istud puellarum periclitantium, at ne puel-

læ exsiccatis alimonix fontibus, inde dimissæ scopulos sæculi offenderent, boni tu incensus zelo pastoris, eos sodalitiū redditus, qui ad dissolvendam æs alienum paulo ante fuerant tibi attributi, extemplo pro puellis tuendis converti, impendique ad decennium per novum prædecessoris indultum curaveris.

Ratio concessio-
sionis.

§. 3. Brevi tamen perstitisse hæc doluisti ob teterrimam cladem armorum, quæ supervenit, ac una cum publicis privatas quoque res perturbavit, et cuncta ad sodalitiū spectantia, id vero temporis orphanotrophio addicta, velut gurgēs absorbit, mox cladem illam excepit annonæ charitas, cui in diem ingravescenti ut ea, qua par erat, ope posset occurrere, de s. Sedis licentia ecclesiastica sunt venundata bona usque ad scutorum trium et viginti millium summam. Eam in venditionem prædia quoque sodalitiū abire, unaque præseus, quo miseræ falciebantur puellæ præsidium corrui, abiitque. Nam licet, juxta quod cautum in licentia apostolica fuit, Senogalliæ communitas ista onus solvendi scutata quatuor pro singulis centenariis pretii honorum, quæ venditioni subiici oportuit per sponsionem suscepit, sponsio tamen hæc futuram respexit, quum adhuc communitas prope impar suscepto sit oneri. Nihilominus spes adest et via puellas levandi, scilicet quum sancti Joseph et Charitatis sodalitas tandiu ecclesiastica, tandiu confratribus, modo autem et bonis, adeoque modis fere omnibus se erigendi destituta remanserit, neminem unquam pigere poterit, si illa tandem penitus supprimatur. Gaudebunt e contra, ac juvabuntur puellæ periclitantes, si superius recensiti fructus ex alienatis bonis, quæ ad sodalitatē spectabant, orphanotrophio in perpetuum adscribantur, eique simul adiciatur, cum facultate illud vendendi, ædificium ecclesiæ quod incepit sodalitas, sed unquam ad finem perduxit. Hinc Nobis humiliter supplicari fecisti, ut orphanotrophio in præmissis indulgere, ac opportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessio-
sionis.

§. 4. Nos igitur, orphanotrophium prædictum gratis, et favoribus prosequi volentes, ac puellas, quæ in eo degunt, et alios quoscumque, qui ad illud quomodolibet pertinent,

Bull. Rom. Tom. XI. F. 67.

a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, porrectis Nobis suo nomine supplicationibus inclinati, de venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium Tridentini concilii interpretum consilio, qui relationem a te super his ad eosdem transmissam attenderunt, fraternitati tuæ ut, veris existentibus prænaratis, sodalitiū sancti Joseph et Charitatis ista in Senogalliæ civitate institutum primo supprimere, deinde ad unionem honorum ipsius sodalitiū favore orphanotrophii puellarum periclitantium ejusdem civitatis pro tui prudentia, et arbitrio gratis devesaire possis et valeas, ita tamen, ut omnibus ac singulis oneribus, quæ sodalitiū bonis extant infixæ, per orphanotrophium satisfiat, ac satisfieri debeat, facultates omnes, quæ opus sunt, auctoritate apostolica tenore præsentium tribuimus ac impartimur.

§. 5. Non obstantibus Nostræ cancellariæ regulis, etiam de jure quæsito non tollendo, ac quibusdam, quatenus opus sit, felicitis recordationis Benedicti pp. XIV. prædecessoris Nostri super divisione materialium, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non memorati sodalitiū etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac alias in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum inseritis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse deroga-

Derogatio con-
trariorum.

mus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud s. Mariam Majorem sub annulo piscatoris die nona aprilis millesimo octingentesimo secundo, pontificatus Nostri anno tertio.

Dat. die
13 aprilis
1812
anno III.

CXXVI.

Facultas Joanni ab Incarnatione canonico regulari congregationis s. Crucis in civitate Colimbriensi constituendi quinque mille cruciatis, ac reliquos in posterum a se in suo publico docendi muere acquirendos nummos in dotationem bibliothecæ monasterii, ubi ipse decesserit, addita pœna privationis vocis activæ, et passivæ in eos, qui dotem hanc in alios usus convertere audent.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

Proemium.

§. 1. Pastoralis Nostra sollicitudo postulat, ut sacre religiosorum virorum eruditioni, quantum in Nobis est, consulamus, ut ipsi testimonium habentes bonum ab iis, qui foris sunt, possint etiam exhortari alios in doctrina sana, et eos, qui contradicunt, voce, aut scriptis arguere.

Expositio precum.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Joannes ab Incarnatione, quod ipse, qui (ut asserit) canonicus regularis ordinis sancti Augustini congregationis sanctæ Crucis Colimbriensis expresse professus, ac in academia Colimbriensi publicus Æbraicæ linguæ et theologiæ professor existit, proventus in summa quatuor, vel quinque millium circiter cruciatorum probatæ monetæ illarum partium ad præsens consistentes ex suis magisteriis præsens adhuc dimanatos cum aliis proventibus hujusmodi in posterum dimanaturis, qui in die suæ decessionis extiterint, ac ad ipsum quomodolibet privatim spectaverint statim ac ipse decesserit, in dotationem perpetuam bibliothecæ monasterii, ubi extremum clauserit diem constituere, et assignare plurimum cupit. Verum quia, sicut eadem expositio subjungebat, per dicti

ordinis constitutiones auctoritate apostolica confirmatas expresse cavetur, ne quis ex canonicis regularibus hujusmodi de rebus a se acquisitis disponere illo modo possit, atque capitulum congregationis prædictæ generale proventus hujusmodi in alios usus convertendos suum præstiterat assensum, desiderii sui hujusmodi compos fieri nequit absque speciali Nostra, et hujus sanctæ Sedis facultate, seu indulto. Nobis propterea idem Joannes humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur Joannem in suo laudabili proposito coafovere, ac specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerit hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, eidem Joanni, ut non obstante regulari professione ab ipso expresse emissa, neque obstante consensu diverso capituli generalis prædicto, nihilominus de dicta summa quatuor, vel quinque millium circiter cruciatorum per se licite acquisitorum, ac de reliquis nummis, et rebus a se in posterum similiter acquirendis tam inter vivos, quam causa mortis etiam in ultima voluntate, ac in una, seu pluribus vicibus favore bibliothecæ prædictæ monasterii ubi ipse erit decessus dumtaxat disponere, et testari libere, et licite possit et valeat, quancumque necessariam, et opportunam auctoritate apostolica, tenore præsentium tribuimus facultatem.

§. 4. Volumus autem, ut pro tempore existens bibliothecarius, ac alii duo religiosi viri expresse professi a monasterii prædicti prælato eligendi, ad sui libitum amovendi dotationem prædictam bibliothecæ, annuosque ejus redditus simul administrarent, ita tamen, ut in nullos alios usus, nisi ad emendos probatæ doctrinæ libros tantum redditus hujusmodi impendi debeant. Quicumque vero hos redditus distrahere, aut in alios usus convertere audeant, seu converti eos præcipiant, pœnam præ-

Tenor concessionis.

Conditiones annexæ.

vationis vocis activæ, et passivæ ipso facto, et absque alia declaratione incurraat. Volumus etiam, ut tres administratores prædicti notulas recepti, et expensæ ab ipsis subsignatas quotannis monasterii prælato, et consiliariis tradere teneantur revisendas, atque hujusmodi notulæ ad ejusdem monasterii visitatores, ac demum ad capitulum generale deferantur subscriptæ cum respectiva declaratione approbationis, vel reprobationis eo plane modo, quo constitutiones ordinis de sumptibus communibus præscribunt, ac si quid in eis correctione dignum inventum fuerit, iudices, ad quos per ordinem deferuntur, corrigant ad formam constitutionum de sumptibus communibus.

§. 5. Decernentes easdem præsententes literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac monasterio, et bibliothecæ prædictis, aliisque ad quos spectat, et pro tempore spectabit, in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, ac ab eis respective observari. Sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, et S. R. E. cardinales etiam de latere legatos, et sanctæ Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, iudicari, et defini debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac ordinis, et congregationis hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis, in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de

verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima tertia aprilis millesimo octingentesimo secundo, pontificatus Nostri anno tertio.

CXXVII.

Instantibus monialibus nonnullorum monasteriorum ordinis Eremitarum exalceatarum s. Augustini civitatis, et diocesis Valentiniæ elevatur ritus officii beati Joannis De Ribera eorumdem monasteriorum fundatoris a duplici majori ad duplex secundæ classis sine octava.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

§. 1. Cum, sicut dilectæ in Christo filiæ abbatissa, sicut priorissa, et moniales ordinis eremitarum exalceatarum sancti Augustini monasteriorum sanctæ Ursulæ civitatis Valentiniæ, nec non oppidi civitatis nuncupat. Deniæ, et villarum de Alcoy, Xavea, Olleria, et Benigamin Nobis nuper exponi fecerunt, ipsæ pro eo, quem erga beatum Joannem De Ribera archiepiscopum Valentinum eorumdem monasteriorum fundatorem præferunt devotionis affectum, ejusdem cultum, et venerationem in dies augeri summopere desiderant; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur dictas exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et earum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus earum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, au-

Dat die
27 aprilis
1802
anno III.

Ratio concessionis.

Tenor concessionis.

Clausula sublata, et decretum irritum.

Derogatio et irritum.

dito etiam dilecto filio magistro Julio De Carpineo sacrorum rituum congregationis secretario, ritum officii ipsius beati Joannis De Ribera a duplici majore ad duplex secundæ classis sine octava pro iisdem exponentibus tantum auctoritate apostolica, tenore presentium elevamus.

Derogatio con-
vatorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictorum monasteriorum, et ordinis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis: quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris, die vicesima septima aprilis millesimo octingentesimo secundo, pontificatus Nostri anno tertio.



CXXVIII.

Dat die
4. m. ii.
1802
anno III.

Indultum utendi in perpetuum cappis loco almutiarum, firmis tamen remanentibus oneribus ex lege foundationis eisdem mansionariis annexis, pro quatuor mansionariis Pellicani cathedralis Maceratensis.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. Quantum venerationis ipsa sacra indumenta oculis, animisque Christifidelium ingerere valeant optime tenens Apostolica Mater Ecclesia, in templis magis conspicuis, ubi major est Christiani populi frequentia, sacerdotibus ibi Altissimo famulantibus sæpe particularia insignia deferenda concessit. Proenium.

§. 2. Cum itaque, sicut Nobis nuper exponi fecerunt dilecti filii quatuor moderni mansionarii Pellicani nuocupati, cathedralis ecclesia Maceratensis antiquitatis laude, patrimonii amplitudine, et templi magnificentia, et canonicorum numero, pietate, et scientia non mediocriter floreat, quidquam tamen honorificentie ad eam accederet, ac divinus in ea cultus, populique devotio quidquam incrementi susciperet, si ejusdem cathedralis mansionarii prædicti novis decorarentur insigniis. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Expositio præ-
cum.

§. 3. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, modernis, et pro tempore in perpetuum futuris quatuor mansionariis prædictis Pellicani cathedralis hujusmodi, ut loco almutiarum, quas adhuc deferre consueverunt, cappam violeceam cum pellibus armellicis cineracei coloris hyberno tempore, æstivo autem cum Tenor concessio-
sionis.

tela serica ejusdem cineracei coloris sine pellibus supra cottam sine manicis tam in ecclesia prædicta, ejusque choro, quam extra eam in processionibus, aliisque functionibus, et actibus publicis quibuscumque gestare, illisque uti libere, et licite possint, et valeant auctoritate apostolica, tenore præsentium concedimus, et indulgemus, dictosque mansionarios desuper a quoquam impediri, molestari, vel perturbari nullatenus posse, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac dictæ cathedralis ecclesiæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quemodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque in contrarium quibuscumque.

Declaratio specialis.

§. 5. Volumus autem, et declaramus, quod omnia, et singula onera eisdem mansionariis ex lege foundationis adnexa expleri per ipsos etiam in posteram debeant eodem plane modo, quo hactenus consueverunt. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die quarta maji millesimo octingentesimo secundo, pontificatus Nostri anno tertio



CXXIX.

Confirmatio aggregationis confraternitatis Orationis Calaritanæ civitatis huic archiconfraternitati s. Mariæ de Oratione urbis.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. **P**ietatis, et charitatis opera, quæ a christifidelium confraternitatibus sancte, et laudabiliter exercentur, ut in posterum ferventius quoque, auxiliante Domino, peragantur, pro commisso Nobis divinitus pastoralis officii munere jugiter optantes privilegia, ac indulta a prædecessoribus Nostris Romanis pontificibus archiconfraternitatibus, et confraternitatibus hujusmodi concessa novo Nostræ confirmationis præsidio communitur.

Prosumunt.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii officiales, et confratres confraternitatis della Morte nuncupatæ, et Orationis in ecclesia sancti Sepulcri civitatis Calaritanæ canonice, ut asseritur, erectæ, quod alias eadem confraternitas huic archiconfraternitati sanctæ Mariæ Orationis vulgo della Morte pariter nuncupatæ de urbe fuit legitime adgregata, ideoque omnium, et singulorum privilegiorum archiconfraternitatis hujusmodi participes effecta, præsertim vero privilegio associandi, et sepeliendi derelicta pauperum cadavera in suo oratorio, ac etiam alia, quæ respectivi parochi sibi concederent, vel quia viginti horæ post obitum excesserant, quin essent asportata, ac alias, prout statuit felicis recordationis Urbani pp. VIII, prædecessor Noster in suis desuper sub plumbo expeditis literis, quarum tenorem præsentibus, pro plene, et sufficienter expresso, et inserto haberi volumus, fusius asseritur contineri. Cum autem sicut eadem expositio subiungebat, nuperimis hisce temporibus quidquam contra privilegia hujusmodi fuerit attentatum non sine populi christiani scandalo, et hujus eximitæ charitatis detrimento, idcirco officiales, et confratres prædicti ad tollenda radicitus omnia contradictionum semina adgregationem prædictam cum suis ad-

Expositio præcisa.

Dat die
7 maii
1802
anno III.

nexis privilegiis auctoritate apostolica firmari, et communiri summopere desiderant.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, adgregationem confraternitatis prædictæ Gallitanæ huic archiconfraternitati Orationis de urbe; ut præfertur, factam, et participationem, atque communicationem omnium, et singulorum privilegiorum prædictorum iade secuta auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, et adprobamus, illisque inviolabilis, ac perpetuæ apostolicæ firmitatis robor adijcimus, omnesque juris, et facti, ac etiam solemnitatum defectus, si qui desuper quomolibet intervenerint, auctoritate, et tenore prædictis supplemus et sanamus.

Clausula subtilis, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes easdem præsententes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac officialibus, confratribus, et confraternitati prædictæ, aliisque, ad quos spectat, et pro tempore spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari. Sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, vel delegatos, etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, iudicari, et definiri debere, ac irritum et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scilicet, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis; cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud s. Mariam Majorem sub annulo piscatoris die septima maii, millesimo octingentesimo secundo, pontificatus Nostri anno tertio.

CXXX.

Dat. die
7 maii
1802
anno III.

Confirmatio incorporationis inter confraternitatem sanctissimi Sacramenti Pergulæ Eugubinæ diocesis, et quamdam piam unionem personarum ejusdem civitatis.

Pius pp. VII.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii sodales confraternitatis, quæ sub augusto sanctissimi Sacramenti nomine in ecclesia sanctæ Catharinæ virginis et martyris civitatis Pergulæ Eugubinæ diocesis canonice, ut asseritur, existit erecta, quod quum alii sodales alterius piæ unionis recens exortæ sub invocatione sancti Secundi martyris, qui principalis est dicte civitatis patronus, prævia congregatione ac deliberatione formali se Sacramenti confraternitati prædictæ copulari et incorporari expostulassent, ipsi ob utilitatem communem, majusque Sacramenti decus, per congregationem similiter habitam suum omnes postulationi hujusmodi præstitere consensum, eamque formaliter acceptarunt. Quia immo ut perpetua facti, quo duo hæc corpora conjungere se et coaluerunt in unum, memoria maneret, statutum concorditer est, quod confratres lioteam tunicam, seu ut nuncupant saccum album, quo ad præsens utuntur, retinentes, assumant in posterum loco caerulei rubrum palliolum seu mozzettam ad recolendam, designandumque martyrium sancti patroni, cum globulis tamen et ciagulo coloris viridis, quo palmæ alludatur sanctæ Catharinæ virginis et martyris; sancitumque est pariter, ut dicto palliolo seu mozzettæ sanctissimi Sacramenti symbolum apponatur, ubi simul genibus ante illud flexis represententur sancti Secundus dextera, et s. Catharina sinistra. Verum ut incorporatio hæc canonice fiat, firmitusque subsistat, apostolica approbatione et confirmatione eam roborari summopere desiderant; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Exposito præsum.



Tenor concessio-
nis.

§. 2. Nos igitur ipsos sodales tam confraternitatis, quam piæ unionis prædictarum specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati auctoritate apostolica tenore præsentium incorporationem, conjunctionem et unionem prædictam, ceteraque præmissa approbamus et confirmamus, illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robor adiciamus.

§. 3. Decernentes easdem præsententes literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, ac prædictis exponentibus; aliisque ad quos spectat, ac pro tempore quandocumque spectabit, plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, et quatenus opus sit dictæ confraternitatis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis, quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die septima maii millesimo octingentesi-

mo secundo, pontificatus Nostri anno tertio.

CXXXI.

A L L O C U T I O

Habita in consistorio secreto die xxiv maii MDCCCII super conventione inita de præsentibus Galliarum negotiis ecclesiasticis.

Venerabiles fratres

Quam luctuosam in conditionem intestinis perturbationibus, quæ multis jam annis Galliam agitaverant, in florentissimis illius regionibus catholica religio adducta esset, non Europæ solum apertum est, verum etiam patet orbi terrarum universo, ac vobis multo magis, venerabiles fratres, qui testes ac socii fuistis apostolicarum curarum Nostrarum, et antea Pii VI. fel: rec: decessoris Nostri; fleutesque sæpe nobiscum vota Deo fecistis, ut ecclesiæ res in pristinum verterent, tantæque prohiberentur calamitates.

Qui catholicæ religionis studio tenebantur, in vastissimis illis regionibus abditis, inclusique, in omni amaritudine ac labore una cum bonis externorum regnorum lacrimas precesque indesinenter jungentes Deum obsecrabant, ut iram indignationis averteret, ac ut flagella suæ isacundiae procul amoveret.

Nos et quo tempore Forocorneliensem ecclesiam regebamus, et multo magis postquam ad Ecclesiam universam gubernandam in hac Petri cathedra, licet immerentes, collocati fuimus, quibusnam gemitibus tanta domus Dei damna, tanta animarum in certum interitum in dies ruentium exitia sumus deprecati.

Placuit tandem patri misericordiarum Deo supplicum preces audire, fecitque ut illustris vir, cui non magis suos triumphos, quam suam prosperitatem, quietem ac pacem Gallia refert acceptas, illud animo conciperet efficeretque, (ex quo ei summa præter omnia celebritas apud omnem posteritatem erit futura) nimirum ut tot millibus millium homi-

Dat. die
24 maii
1802
anno III.

Clausula sublata, et decretum irritans.

Derogatio contrariorum.

num, quot continet Gallia, avita majorum religio, atque una cum ea vera ac solida felicitatis ipsorum fundamenta restituerentur. Nos hic, ut videtis, primum reipublicæ Gallicanæ consulem indicamus, Napoleone Bonaparte. Sapienter ille animadvertens veram felicitatem ac tranquillitatem tantæ nationis a restitutione catholicæ religionis omnino pendere, ultro desideriis Nostris occurrens, officiis ejus ingenio atque animo dignis significavit Nobis se agere nobiscum velle de ratione qua, catholica religio in Galliis restituta, felicitas simul illa, quæ tam luctuosis temporum vicibus inde sublata fuerat, revocari posset.

Noscit Deus, noscitis vos, venerabiles fratres, qui assidui socii ac participes paternarum Nostrarum sollicitudinum fuistis, quanta Nos alacritate tantæ rei ac tam salutari operam navaverimus; scitis quantas curas susceperimus, quanta obstacula superaverimus, quo studio diu nocturneque vigilantes nunquam ab ea oculos, mentemque dejecerimus, ut rationes inveniremus, quibus ad optatum exitum adduci posset.

Adfuit tandem aliquando idem miserator Deus sollicitudinibus Nostris, ejusque potenti auxilio factum est, ut tot tristibus procellarum diebus, aurora pacis, nuncia optatæ serenitatis succederet. Cum perspexerimus, id a Nobis Ecclesiæ, atque unitatis bonum postulare, ut paternæ Nostræ charitatis viscera dilatantes apostolicam potestatem ad ea profferremus, quæ ad religionem iterum in Gallia restituendam necessaria viderentur, facta est inter Nos, primumque Gallicanæ reipublicæ consulem conventio septemdecim articulis constans. Eadem subscripta ac firmata fuit tum a plenipotentariis Nostris, quos ea quæ constituenda erant docueramus, et omni potestate Nostra instruxeramus, tum a plenipotentariis reipublicæ Gallicanæ die xv. Julii anni superioris MDCCCL.

Tenor septemdecim articalorum iterum deinde expensus, atque ad examen vobiscum una a Nobis vocatus est antequam rati fierent subscriptione Nostra, ex eaque vim suam, atque auctoritatem acciperent. Mox assiduis votis catholicæ religionis restitutionem, quam unam propositam

semper ante oculos habebamus; properantes, nulla per Nos interposita mora, die xv. augusti ejusdem anni, quæ dies sacra est sanctissimæ Dei genitrici in cælum assumptæ, Galliarum patronæ, apostolica constitutio, in qua enunciati septemdecim articuli continentur, in Galliam, ut illic (quod summa cupiditate expelebamus) quamprimum fieri posset promulgaretur, est missa.

Non multo post ad optatam catholicæ religionis restitutionem ad effectum perducendam, alias etiam literas in forma brevis, alias apostolicas constitutiones dare non prætermisimus. Prosequimus circumscriptioni novarum diocesium, canonicæ institutioni dandæ a Nobis episcopis earundem, reconciliationi cum ecclesiis eorum, qui aberraverant, collationi necessariæ potestatis legato Nostro a latere dilecto filio Nostro Joanni Baptistæ cardinali Caprara, quem ad tantas res conficiendas in Galliam miseramus, tandem iis omnibus, quæ aut necessaria, aut opportuna esse ad sanctissimi hujus operis perfectionem judicavimus. Proponimus vobis ob oculos, venerabiles fratres, acta, quæ sive immediate, sive mediate ad hanc rem conficiendam sunt a Nobis profecta. Vos ea legetis in sylloge, quæ hic Nostra auctoritate est typis vulgata, in eaque quæ ab apostolica hac Sede in hac causa facta sunt, et in quibus partem habuit, reperietis.

Tandem aliquando dies tamdiu exoptatus promulgandæ præfatæ conventionis, cumque eo tempus restituendæ in Gallia catholicæ religionis advenit. Cardinalis Noster a latere legatus, solemnè pompa exceptus est a gubernio reipublicæ Gallicanæ, a quo luculentiores obsequii, honoris, reverentiæ significationes in hac apostolicam Sedem sunt editæ, quemadmodum superioribus legationibus in Gallia factum fuerat. Legatus vero Noster per se fiduciæ respondere studuit quam gubernium in eodem ad gravissimi muneris functionem admittendo in eo se habere declaravit. Conscius ille sensuum Nostrorum, qui sunt omnes ad una spiritualia conversi, et ad religionem in Gallia restituendam, certum fecit gubernium nunquam in suo legationis munere attemptatum iri contra jura gubernii ac

nationis, statuta, ac consuetudines reipublicæ, sequæ ad gubernii beneplacitum in eodem munere continuatum esse, prout ex enunciata sylloge cognoscere potestis.

Post hanc solemnem cæremoniã die sacra humani generis redemptioni maxima solemnitate ac pompa septemdecim articuli conventionis inter hanc apostolicam Sedem, et Gallicanum gubernium promulgati sunt. Promulgata item apostolica constitutio Nostra, in qua iidem continentur, ratique habentur a Nobis. Consules reipublicæ cum cæteris gubernii magistratibus magnificentiori amplitudinis ac potentie suæ apparatu augustis cæremoniis adfuere ejus religionis, quam profitentur, gratiasque solemniter egere Deo de maximo beneficio in Galliam collato, catholica religione illi reddita, et cum religione etiam pace inter eam orbemque terrarum constituta.

Ex hoc auspiciatissimo die, quam novam speciem non exhibet Gallia orbi terrarum universo! Tempia Altissimi iterum patefacta, in eorumque frontibus angustum Dei nomen, sanctorumque suorum signatum; ministri sanctuarii Deo operaturi iterum cum fidelibus ad aras congregati; oves sub legitimis pastoribus iterum collectæ; Ecclesiæ sacramenta iterum libere, ac reverenter administrata; publicum catholicæ religionis exercitium firmiter constabilitum; supremum Ecclesiæ caput, cum quo qui non colligit dispergit, solemniter agnitum; vexillum Crucis denuo elatum; dies Domini iterum sanctificata; luctuosissimum denique schisma, ex quo cum propter Gallicanarum regionum magnitudinem, tum propter populorum, oppidorumque illorum celebritatem infinita mala in catholicam religionem erant pertimescenda, amotum atque sublatum. Hæc aliaque bona magna ac salutaria memoratus ille dies habuit, de quibus Nos lætari in Domino, ac gaudere omnino debemus.

Gaudeamus igitur, venerabiles fratres, eaque lætitia gaudeamus, qua Nos religionis amor, studique spiritualis boni tam multarum animarum jure jubent gaudere. Et quoniam omne bonum a Deo est, atque hoc potissimum ei uni acceptum referri debet, (neque enim sine divina ejus

Bull. Rom. Tom. XI. F. 67.

miseriçordia, ac sine præpotenti ejus ope tanta obstacula, difficultatesque superari potuissent, quæ superandæ omnino fuerunt, ut eo, unde tam longe aberant, res reverti possent), volumus ut, cumulati iis beneficiis, quæ superius enunciavimus, celebraturi propediem solemnia gloriosa Ascensionis divini reparatoris Nostri, sanctissimæque ejus religionis auctoris, quæ nunc denuo in Gallia est constituta, solemnes ei gratiæ a Nobis agantur pro memoratis iis bonis, quæ ejus ope per promulgationem præfatæ Nostræ constitutionis, et articulorum conventionis, qui in ea continentur, consecuti sumus.

Haud ita tamen venerabiles fratres gaudio lætitiæque perfundimur, ut nihil Nobis ante oculos obversetur, quod sollicitudinem Nostram non excitet, curasque Nostras (quæ sunt muneris Nostri partes) non exposcat. Qua tamen sollicitudine Nos liberari confidimus per sapientiam ac religionem primi consulis, nationisque Gallicanæ, quæ et optime tot sæculorum spatio de catholica religione merita est, et eam nunc denuo in Galliæ sinu restitutam tanta cum alacritate complectitur. Siquidem animadvertimus una cum præfata conventionem Nostram nonnullos alios articulos ignotos Nobis promulgatos esse, quos, vestigiis prædecessorum Nostrorum inhærentes, haud possumus non expectere, ut opportunas ac necessarias modificationes ac mutationes accipiant. Nos certe officia Nostra apud primum consulem omni studio adhibebimus, ut ab ejus religione id tribuatur Nobis. Quod non sine causa confidimus tum ab eo, tum a Gallica natione tam perspicaci ac sapienti Nos esse consequenturos. Etenim gubernium Gallicanum in catholica religione restituenda, in ejus sanctitate, atque utilitate agnoscenda, nolle non potest, ut ea, quæ restitutæ religionis sanctissima constitutio exposcit, executioni demandentur, atque omnia cum illa salutari disciplina plene consentiant, quæ ab Ecclesiæ legibus est stabilita.

Avertat Deus, neque illud sinat umquam, ut ullum temporalis commodi studium, ulla cupiditas occupandi quidpiam, quod ad Ecclesiam non pertinet, Nos ipsos occupet, aut pastores, quos Christus subdidit auctor-

ritati Nostræ. Divinum illud semper ante oculos habeamus, quæ sunt Cæsaris Cæsari, quæ sunt Dei Deo. Exemplo omnibus in hoc erimus semper, dabimusque operam, ut episcopi, cæterique, qui in vinea Domini, juxta vocationem qua vocati sunt, laborant, verbis atque opere unis religionis officiis, uni animarum ipsorum fidei concreditarum saluti se intentos ostendant, nec iis, quæ ad ipsos non spectant, se implicantes, ullas religionis hostibus occasiones ministris ejus calumniandi præbeant. Hortabimur eos omni studio, ut præceptis sanctorum apostolorum, qui magistri sunt Nostri, arte inhærentes, non concionibus solum, verum etiam exemplis debitam obedientiam civilibus potestatibus inculcent, propter quam vel a primis Ecclesiæ exordiis christiani homines submissionis præpositis suis, ac fidelitatis exempla habebantur.

Superest venerabiles fratres, ut de pastoribus, qui nuper diocesis Galliæ gubernandis in nova earundem restitutione præpositi sunt, vos doceamus. Agnoscetis vos inter eos haud exiguum numerum eorum vigilantissimorum pastorum, qui ante novam diocesium circumscriptionem, recentisque mutationes in Galliis factas, semper centro unitatis, nimirum huic sanctæ Sedi, adhærentes præclarissimis fidei, patientiæ, pastoralis vigilantiae, virtutumque omnium exemplis, quibus Ecclesiam Dei illustraverunt (rogati a Nobis, quod ita Ecclesiæ bonum postulabat) voluntarium sedium suarum sacrificium tanta cum laude addiderunt. Invenietis præterea magnum numerum dignorum ecclesiasticorum, qui nunc primum ad Ecclesiam Dei regendam vocati, laudabili anteactæ vitæ ratione (quemadmodum de iis Nobis relatum est) illud certo pollicentur Ecclesiæ, optimos se gregis ipsorum fidei commissi pastores esse exituros. Nannullos etiam denique inter eos reperietis, qui cum in superiori temporum conversione absque apostolicæ hujus Sedis institutione archiepiscopales, seu episcopales sedes occupatas haberint, in unitate Ecclesiæ, atque hujus apostolicæ Sedis non fuerunt, quæ tamen, ut nostis, ab iis ad maternos amplexus revocandis materna cha-

ritate numquam desistit. Nolite perturbari, venerabiles fratres. Institutionem eorum ad officia legitimorum pastorum novarum diocesium, quæ iis concredita fuerunt, præcessit ipsorum cum hac apostolica Sede reconciliatio. Ex actis, quæ legenda vobis exhibemus, intelligetis vos, eos viros necessarium hoc debitum Ecclesiæ perolverisse. Spiritus charitatis, quo dilecta Christi sponsa flagrat, effecti, ut in hoc etiam ea benignitate in eos uteremur, qua (incolumi rerum substantia) uti poteramus, ut tanta res, quanta est restitutio religionis in tam vastis Galliarum regionibus, perfici, et funestissimum schisma extinguere posset. Exempla Nostrorum prædecessorum, amor pacis, efficacia gubernii studia, a quo ad concordiam restituendam id postulatum est, Nos ad hanc rationem ineundam adduxerunt; cuius facti vehementer in Deo confidimus, cui est integritas mentis, ac studiorum Nostrorum perspecta, nunquam fore ut Nos præiteat. Etenim dubitare nolumus quin pastores hi, quos tanta Nos charitate complexi sumus, singulari, ac paterna Nostra benignitate legitime novas sedes obtinentes, in omnibus ipsorum fidei commissis pasceudis, in doctrinæ sanctitate, in morum integritate, in excolenda vinea Domini, in æmulanda fratrum suorum vigilantia, in vera fidei, ac charitatis nobiscum conjunctione, omni pastoralis officio sint perfecturi.

Verum cum optime vos intelligatis perfectionem tantorum operum ac bonorum, quæ huc usque recensuimus, et quorum consequendorum tanta flagramus cupiditate, a Deo proficisci (etenim nisi Dominus ædificaverit domum in vanum laborant qui ædificant eam,) ad eam Nos convertere in humilitate spiritus, et in contritione cordis, Nostrasque preces cum vestris, atque Ecclesiæ precibus conjungere constituimus, ad illud impetrandum, ut gratias agentes Deo, quod in tam feraci solo vineam Domini iterum plantare concessit (quod maximum beneficium fuit), illud addat etiam, ut ea, divina ejus gratia rorante de cælo desuper, alte radices agat, crescat, ac fructificet in domo ejus, a quo uno id impetran-

dum est. Nam neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus.

Ad eum igitur, venerabiles fratres, cum omni fiducia adreamus, ab eo consolationem ac cumulatum gaudium imploremus: ab eo denique postulemus, ut bonum opus, quod incepit, ipse perficiat.

Itaque et ad gratias Deo agendas de religione in Gallia restituta, et ad impetrandum ut in tanta re vota Nostra penitus expleantur, et ad divinam opem pro presentibus Ecclesie necessitatibus implorandam, thesauros Ecclesie reserabimus, et quemadmodum per cardinalem legatum Nostrum a latere in Gallia fecimus, ita hic etiam per cardinalem vicarium Nostrum jubileum publicabimus, et quae ad ejus consecutionem peragenda sunt praescribemus.

CXXXII.

Confirmatio decreti congregationis Rituum cum ejusdem insertione, pro clero populoque loci de los Berchules Granatensis diocesis.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Exponi Nobis super fecerunt dilecti filii clerus saecularis, et populus loci vulgo nuncupati de los Berchules Granatensis diocesis, quod ipsi ab infrascripta cardinalium congregatione obtinuerunt decretum tenoris sequentis, videlicet.

§. 2. Electo nuper a clero saeculari, et populo loci vulgo nuncupati de los Berchules diocesis Granatensis sancto Pantaleone martyre in patronum principalem dicti loci, modo ex parte eorundem pro confirmatione praefatae electionis sacrorum rituum congregationi humillime supplicatum fuit, et sac. congregatio, accedente reverendissimi archiepiscopi assensu, ad relationem eminentissimi et reverendissimi domini cardinalis de Lorenzana ponentis, attento quod hujusmodi electio servatis servandis, et juxta praescriptum in decreto jussu sa. me Urbani papae VIII. die 23.

Bull. Rom. Tom. XI. F. 67.

martii 1630. edito legitime facta fuerit, eandem confirmavit, et approbavit, praedictique s. Pantaleonis sic in patronum principalem electi festivitati praerogativas omnes sanctorum protectorum principalium festis competentes attribuit, atque concessit. Die 27 martii 1802.

Loco ✠ signi

Julius Maria card. De Somalia
S.R.C. praefectus

J. De Carpineo secr.

§. 3. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, dicti exponentes, quo praesertim decretum firmiter subsistat, et servetur exactius apostolicae Nostrae confirmationis subsidio munici summopere desiderent; Nos ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, idem decretum, et singula in eo contenta auctoritate apostolica, tenore praesentium confirmamus, illique inviolabilis apostolicae firmitatis robur adjicimus, et omnes, et singulos juris, et facti, si qui desuper in es intervenerint supplemus, et sanamus.

§. 4. Decernentes easdem praesentes literas firmas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere; sicque in praemissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, et sanctae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dicti loci etiam juramento, con-

Confirmatio apostolica.

Clausula sublata et decretum irritans.

Derogatio contrariorum.

Dat. dia
28 maii
1802
anno LI.

Expositio precum.

Tenor decreti
lati a sacra
congregatione
Rituum.

firmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima octava maij millesimo octingentesimo secundo, pontificatus Nostri anno tertio.

Dat. die
1 junij
1802
anno III.

CXXXIII.

Ut in ecclesia sodalitatibus animarum Purgatorii Villaceiz Ovetensis diocesis singulis feriis secundis non impeditis ab officio ritus duplicis primæ, vel secundæ classis una missa propria defunctorum cum cantu celebrari possit.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Ratio concessionis.

§. 1. Cum sicut dilecti filii moderni moderatores sodalitatibus sub titulo animarum Purgatorii canonice, ut asseritur, erectæ in parochiali ecclesia s. Cypriani loci vulgo Villaceiz Ovetensis diocesis Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi pro eo, quo flagrant animas in Purgatorio degentes suffragandi studio, suffragia hujusmodi in dies augeri summopere desiderent; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur dictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares

personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, referente dilecto filio magistro Julio de Carpineo sac. rituum congregationis secretario, ut in posterum quotannis in quibus sodales prædictæ sodalitatibus convenire assolent ad preces fundendas pro defunctis, dummodo ipsæ feriæ non sint ex privilegiatis, vel festivæ cum præcepto adstandi sacro, vel impedito officio ritus dupl. primæ, vel secundæ classis, ibi celebrari possit una missa propria defunctorum cum cantu auctoritate apostolica, tenore præsentium, indulgemus.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dicti loci, et diocesis consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis: quibus omnibus et singulis illorum tenores, præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die prima junij millesimo octingentesimo secundo, pontificatus Nostri anno tertio.

Derogatio contrariorum.



Dat. die
4 Junii
1802
anno III.

CXXXIV.

Instantibus sororibus oblatiſ conſervatorii Sſmæ Trinitatis Hiſpalenſis civitatis erigitur conſervatorium hujusmodi in verum monaſterium, et oratriciſ in veras moniales: conſirmantur quoque regulæ, ſeu conſtitutioneſ.

Dilecto filio Noſtro Aloisio Sanctæ Romanæ Eccleſiæ preſbytero cardinali De Bourbon nuncupato adminiſtratori eccleſiæ Hiſpalenſis auctoritate apoſtolica deputato.

Pius epicoſopus

Dilecte fili Noſter ſalutem, et apoſtolicam benedictionem.

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecerunt dilectæ in Chriſto filię ſororeſ tertiariæ ordinis Sſmæ Trinitatis redemptioniſ captivorum nuncupat., quod ipſæ præſunt collegio, ſeu conſervatorio pro egeniſ puelliſ colligendiſ, alendiſ, et educandiſ Hiſpali erecto, ubi dicti ordinis induenteſ habitum ac proficienteſ inſtitutum, ordinarii juriſdictioniſ ſubiiciuntur, vota caſtitaſ, paupertatiſ, et obediencieſ ſimplicia emittunt, nunquam e ſeptiſ collegii exeunt, et quotidie in choro officium parvum Beate Mariæ Virginis recitant, licet horum nihil præſcribatur a conſtitutionibuſ, quibuſ reguntur, quarumque tenor eſt prout ſequitur, nempe.

I.

§. 2. Sororeſ debent eſſe duodecim: verum creſcente numero puellarum, de quibuſ curam ſuſcipiunt, poterit et augeri ſororum numeruſ, ſi id bene videbitur. Aetaſ receptioniſ ſororum, ſeu, ut in Hiſpania vulgo inſpiciunt, beatarum, ſit a decimo octavo anno uſque ad viciſimum quintum, prævio examine utrum ſciant legere, ſcribere, chriſtianæ fidei rudimenta, ac manuum opera, quæ et fæminei ſexuſ ſunt propria, et inſtructioni præbendæ accomodata. Curetur autem, ut bonæ ſint vitæ, et pietatiſ notoriæ.

II.

§. 3. Mater major, et vicaria eligendæ erunt ab ipſiſ beatiſ de triennio in triennium prima die decembris. Mater major beaterio gubernando incumbet, et dicto eodem die quotanniſ eliget magiſtraſ, quæ puelluſ doceant rudimenta chriſtiana, ac ſaltem legere, et omne laborum genuſ, id eſt: ſtere, ſtruere caligaſ, texere, ſuere, et acu pingere; quidquid vero ad victum et triclinium attinet, curæ erit vicariæ.

De vicariâ, ejuſque electio-
ne, et manere

III.

§. 4. A primo die aprilis uſque ad ultimum ſeptembris mane hora quinta poſt mediam noctem ſurgent e lecto ſororeſ atque puellæ, eæ poſtiſſimum, quæ ſacræ communioniſ partici-
pes. Horabunt per horæ dimidium, audient miſſam, et recitabunt partem roſarii, atque triſagium. Ab una uſque ad tertiam poſt meridiem horam dormient. Tunc exurgenteſ alteram recitabunt roſarii partem, ac tertiam tandem veſperante die. Reliquum tempuſ in occupationibuſ assignatiſ impendent. Hora quarta ante meridiem jentaculum ſument: prandebunt meridiem, et novem poſt horaſ cœnabunt: inde dormitum ibunt. A prima die menſiſ octobriſ ad finem uſque martii ſurgent poſt mediam noctem hora quinta et ſemiſ; cætera vero proportionaliter ut ſupra. Secunda poſt meridiem hora redibunt ad chorum, et juxta dicta ſuperiſ pergunt. Singuliſ octo diebuſ, ſeu quolibet die dominico puellæ omneſ accedent ad confeſſionem ſacramentalem; illæ vero, quæ et ætate et inſtructione capaciſ ſunt, etiam ad ſacram communionem. Magiſtræ præcipuam adhibeant operam, ut id puellæ adimpleant, et rudimenta ad id neceſſaria addiſcant. Erit cappellanuſ, qui miſſam celebret, et ſacram communionem miniſtret, ac pridie, vel mane ante communionem audiat confeſſioneſ puellarum, quæ ſe confiteri poſtulent.

De orationi-
buſ nocturno,
ac diurno tem-
pore habendiſ

III.

§. 5. Erit conclave, quod extra communicet cum publica via, et in-
tuſ cum beaterio, ubi gratis habe-

De conclave
ubi erit ſchola
pro puelliſ de
civitate venien-
tiſ.

Expoſitio præ-
cunt.

Tenor conſti-
tutionum. De
numero reli-
gioſarum.

bitur schola pro cunctis puellis ad illam de civitate convenire volentibus, sed maneant seorsum ab aliis, quæ aluntur in seminario. Mater major designabit quotannis ad hujusmodi munus beatam, quæ illo fuerit per tres horas mane, et totidem vespere; horas tamen diversis anni temporibus apte ordinando. In hac publica schola docebitur christiana doctrina, legere, ac res, quæ conveniant fæminis, factitare.

V.

De puellis in collegio recipiendis.

§. 6. Hoc in collegium seu seminarium excipientur puellæ quot quot excipi poterunt, quum civitas adeo abundet egenis. Puellæ excipiendæ debent necessario esse orphanæ, pauperes, et derelictæ, semperque præferantur, quæ patre et matre carent, et potissimum quæ se tradunt mendicitati, notoriæ origini exitiorum; ad quæ præcavenda rogabitur, si opus fuerit, assistens, seu gubernator urbis, ut eas in seminarium coniciat. Non intrabunt puellæ nisi a septimo usque ad decimum ætatis annum; nam hæc educationis, non correctionis est domus. Retinebuntur usque ad annum ætatis vicesimum, quin unquam possint repeti a matribus ante id tempus; quo quidem elapso, tunc una cum rebus suis restituentur. Et quoniam compertum est experientia puellas multas ingredi impulsu matrum, quæ quum vident filias adoctas, clamant et obstrepunt, ut eas secum abducant, idcirco statuitur, quod moneantur matres tempore, quo filia introeunt, has omnimode remanere debere in beaterio usque ad prædictam ætatem viginti annorum, nec ullatenus ante id tempus posse matres recurrere, aut attendi, quum nec justum nec rationabile sit, puellam, dum plus proficit sibi ac educationi suæ, plusque etiam utilitatis confert ad subsistentiam beaterii, posse extrahi a matre, educatione nondum absoluta, ac cum periculo incidendi in mala, unde fuit præcepta. Puella, quæ orbata sit matre, postquam prædictos viginti annos exegit, tradetur in famulam alicui domui, quæ pietatem ac honestatem redoleat: quod si tali in famulatu vel sibi, vel domui futura sit ægritudine, recipietur

in beaterium, cujus oneri semper erit classis hæc puellarum, donec statum, ut dicunt, susceperit, quo in casu ducata quinquaginta tribuentur singulis a beaterio pro dote. Erit liber, quo exacte notetur dies ingressus et egressus puellæ, cujusque nomen, patria, ætas, ac nomen quoque parentum; ad quem effectum exhibebitur aut exquiretur fides baptismi. Item notabitur in hoc libro dies, domus et pretium stipendii, quando puella in famulam conducetur.

VI.

§. 7. Quamquam primaria beaterii hujus intentio ac institutio sit pro puellis pauperibus, orphanis, ac derelictis, nihilominus recipi poterunt vel aliæ non orphanæ: verum debeant hæc solvere quatuor regalia in singulos dies, ac doceantur ut reliquæ, eandemque vitam agent.

De his, qui regalia solvere amentur.

VII.

§. 8. Administratio reddituum beaterii fiet per congregationem, quæ constabit ex matre majori, et duobus beatis, cum assistentia alterius personæ conscientia et probitate præstantis, quæ ratiocinatoris fungens officium referat rationes cujuscumque rei, tam reddituum, qui ex bonis domus proveniant, quam elemosynarum, quas fideles in subsidium largiantur. Hinc congregationi singulis omnino habendæ mensibus aderit quoque exactor, ut rationem de omnibus reddat, prout est in more penes alias communitates, quæ per congregationem pariter gubernantur. Ultimæ anni congregationi, seu cuilibet aliæ si convenire ceaserit, assistet etiam ordinarius conventuum et beateriorum visitator, ut de administratione hac se informet, et quid quid correctione fuerit dignum, corrigat.

De administratione reddituum a congregatione præstanda.

VIII.

§. 9. Una ex sororibus maturæ ætatis, cognitæ gravitatis, atque virtutis deputabitur a matre majori, ut tribus per hebdomadam diebus civitatem excurrat ad petendam stipem pro puellis pauperibus, orphanis ac

De sorore ad petendam stipem deputanda, et de erogatione elemosynarum.

derelictis, sed pernoctare omnino debet in beaterio. Curabit quoque mater major, inito cum cappellano consilio, ut duo vel quatuor ecclesiastici viri bono nomine præditi velint charitatis gratia emendicare ad eundem finem per loca publica urbis, maxime sabbato, prout fieri die ejusmodi solet: atque hæc eleemosynæ condentur quolibet mense in capsam congregationis, ubi omnium habebitur ratio, quum duo ad id libri existant, alter pro introitu, et alter pro exitu.

Ratio novæ concessionis.

§. 10. His itaque regulis ad prædicta charitatis officia institutam conservatorium hujusmodi, et si paucis ab hæc annis inceperit, (incepit enim anno 1789.) ac per exigua primordia habuerit, mirum tamen in modum favente Deo processit feliciter, auctumque ita est, ut quæ initio erat erecta domuncula, mox in magnum cum adnexa ecclesia collegium excreverit; quæque primitus tres sorores, duæque tantum extiteræ puellæ, nunc plus quam viginti sorores, centum et ultra puellæ, pluresque ex his aliæ, quæ pensionem seu expensas victus persolvunt, numerentur. Siquidem pia ista domus jam stabiles fundos annuum ducatorum octingentorum fructum afferentes adeptæ est, annisque assignationibus gaudet tum ex munificentia catholici regis, tum ex præteritorum archiepiscoporum liberalitate, a te quoque continuata et aucta, tum ex metropolitanæ ecclesiæ istius capituli pietate et gratia: quæ assignationes omnes una collatæ magnam quidem summam constituunt, præter eleemosynas et largitates singulis undique mensibus confluentes, ac magis magisque expectandas in diem, quum Hispalensium erga beaterium zelus eo usque pervenerit, ut unum ex coactivis legatis in testamentis pro beaterii puellis curaverint assignari. Quapropter exponentes sui beaterii, seu conservatorii domum adeo ad præsens dotatam in verum monasterium erigi, et declarari, ac ipsas ad regularem professionem ab aliis Sanctissimæ Trinitatis ordinis monialibus solemniter fieri consuetam admitti, et in veras moniales institui, expositasque superius regulas a Sede apostolica approbari, ac ratas haberi summopere cupiunt una cum nonnullis additionibus, videlicet.

I.

§. 11. Ut præter communia vota castitatis, paupertatis, et obedientiæ, votum quoque de pauperibus puellis gratis educandis expresse ab ipsis nuncupetur.

Tenor novarum additionum, et præcipue de voto gratis recipiendi puellas pauperes.

II.

§. 12. Ut gratiis et privilegiis omnibus, quibus cæteræ dicti ejusdem ordinis moniales utuntur et gaudent, ipsæ similiter perfruantur.

De communicatione privilegiorum quibus moniales utuntur.

III.

§. 13. Ut ad professionem solemnem nullæ in posterum admittantur, nisi quæ per arduum educandi votum et onus bene nosse potuerint, id est quæ vigesimum ætatis annum expleverint, et biennium novitiatus præmiserint; sed in præsentiarum, absque etiam novitiatu et tota ætate prædicta possint admitti omnes, quæ in beaterio jam existentes solemniter profiteri voluerint.

De requisitis necessariis ad solemnem professionem.

IV.

§. 14. Ut post hujusmodi professionem munera priorissæ, sub priorissæ et magistræ novitiarum solæ professæ valeant obire.

De munere priorissæ a solis professis obeundo.

V.

§. 15. Ut illis, quæ ibi vota tantum simplicia emiserint, liceat assequi legata, dotes, ac alias donationes, quæ puellis in statu, ut ajunt, locandis dari solent atque relinquunt.

De iis quæ legata, dotes, aliasque donationes recipere possunt.

VI.

§. 16. Ut etiam liceat directori pro tempore monasterii libere ingredi in illud congruis horis, prout opus vel utile directioni communitatis fore judicaverit. Hinc Nobis humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportuna providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica digneremur.

De ingressu directori concedendo in monasterio.

§. 17. Nos igitur omni, quo possumus, studio religionem, pietatem, ac maxime charitatem, spiritualemque animarum progressum promoveri in christifidelibus cupientes,

Tenor concessionis.

prædictasque sorores specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes; et absolutos fore censentes, supplicationibus earum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, circumspeditioni tuæ per præsentem plenam, et amplam facultatem, qua, constituto tibi de narratis, auctoritate Nostra apostolica conservatorium prædictum in verum monasterium erigere, prædictasque sorores ad professionem regularem per alias moniales dicti ordinis sanctissimæ Trinitatis nuncupati emitti consuetam esprese emittendam recipere, easque in veras moniales instituere, nec non superius descriptas regulas, seu constitutiones approbare, illisque apostolicæ auctoritatis robur adiacere, ac recensitas quoque additiones, cunctasque petitiones admittere, atque concedere in toto, aut in parte juxta inditam tibi a Deo sapientiam possis et valeas, ita tamen ut omnia, quæ in præmissis indulseris, atque statueris, cum ecclesiasticis sanctionibus circa moniales et monialium monasteria editis congruant, atque consentiant, auctoritate prædicta tribuimus ac imper-

Derogatio con-
trariorum.

§. 18. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem, sub annulo piscatoris die quarta junii, millesimo octingentesimo secundo, pontificatus Nostri anno tertio.



CXXXV.

Dat. die
18 junii
1802
anno III.

Confirmatio prohibitionis regularibus non vendendi pharmaca cum declaratione, alios quoque locorum piorum rectores in eadem prohibitionem comprehendi pro collegio pharmacopolarum provinciæ Marchiæ Anconitanæ.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii pharmacopolæ, seu pharmacopolarum collegium Anconitanæ, aliarumque civitatum, et terrarum provinciæ Nostræ Marchiæ Anconitanæ, quod dudum fel. rec. Benedictus pp. XIV. prædecessor Noster sub certis modo, et forma tunc expressis auctoritate apostolica prohibuit omnibus, et singulis regularibus utriusque sexus cujusvis ordinis, congregationis, et instituti etiam mendicantium in quibusvis dictæ provinciæ Marchiæ locis tam tunc temporis presentibus, quam futuris, ne artem aromatariam, nisi ad proprios usus, et conventuam, ac monasteriorum commodum exercerent, et pœnas in contraventores prohibitionis hejusmodi addidit, ac alias, prout in ipsius Benedicti prædecessoris in simili forma brevis die xviii. septembris millesimo septingentesimo quadragesimo quinto expeditis literis, quarum tenorem presentibus, pro plene, et sufficienter expresso, et inserto haberi volumus, fusius continetur. Verum quia sicut eadem expositio subjungebat, nuperrimis hisce temporibus nonnulli loci pii, seu hospitalis rectores artem aromatariam prædictam per se, vel per alios palam exercere, ac medicamenta publice vendere faciant, cumque id non sine magno pharmacopolarum detrimento, idcirco ipsi exponentes Nobis humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et, ut infra, indulgere de benignitate Nostra apostolica dignarimur.

Expositio præ-
cum.

§. 2. Nos igitur eosdem exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ec-

Tenor concessio-
nis.

clesiasticis censuris ; sententiis , et pœnis quovis modo , et quacumque de causâ latis , si quas forte incurrerint , hujus tantum rei gratia absolventes , et absolutos fore censentes , supplicationibus eorum nomine , Nobis humiliter porrectis inclinati , prohibitionem prædictam non vendendi cujuslibet generis , et speciei pharmaca , et medicamenta a Benedicto prædecessore , ut præfertur , factam cum omnibus , et singulis in memoratis ipsius prædecessoris literis contentis , et expressis pœnis eadem auctoritate , tenore præsentium , confirmamus , et approbamus , et , quatenus opus sit , ipsas Benedicti literas ad alios quoscumque locorum piorum etiam hospitalium superiores , rectores , et officiales quomodolibet nuncupatos pertinere , atque ab ipsis omnibus , et singulis sub iisdem , aliisque arbitrio Nostro infligendis pœnis servari volumus , atque auctoritate , et tenore prædictis statuimus , et declaramus .

Clausula subla
ta , et decre
tum irritans .

§. 3. Decernentes easdem præsententes literas firmas , validas , et efficaces existere , ac fore , suosque plenarios , et integros effectus sortiri et obtinere , ac illis ad quos spectat , et pro tempore quancumque spectabit in omnibus , et per omnia plenissime suffragari ; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios , et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores , judicari , et definiri debere , ac irritum , et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter , vel ignorantè contigerit attentari .

Darogatio con
trariorum .

§. 4. Non obstantibus omnibus , et singulis iis , quæ a memorato Benedicto prædecessore concessa sunt non obstare , cæterisque contrariis quibuscumque . Volumus autem , ut eandem præsentium literarum transumptis , seu exemplis etiam impressis , manu alicujus publici notarii , et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in iudicio , et extra adhibeatur quæ præsentibus ipsis adhiberetur , si forent exhibitæ , vel ostensæ . Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima octava junii millesimo octingentesimo secundo , pontificatus Nostri anno tertio

CXXXVI.

Dat. die
18 junii
1802
anno III.

Facultas archiepiscopo Toletano alienandi nonnulla bona ad mensam archiepiscopalem spectantia , et investiendi pretium favore nonnullarum portionariarum cathedralis .

Pius episcopus

Servus servorum Dei

Venerabili fratri Ludovico archiepiscopo Toletano , S. R. E. tituli sanctæ Mariæ de Scala nuncupatæ presbytero cardinali de Bourbon , etiam nuncupato , salutem , et apostolicam benedictionem .

§. 1. **O**fficium sacrosanti apostolatus , quod ineffabilis sapientiæ , atque clementiæ Dei altitudo humilitati Nostræ , meritis licet et viribus longe imparibus , imponere dignata est , salubriter exequi adjuvante Domino jugiter satagentes , ad ea , cum præcipue sacrorum præsulum vota ad divini servitii decorem accedunt , per quæ ecclesiasticorum ministrorum , in templis Altissimo in divinis famulatum præstantium , congruæ substitutioni consultiur , libenter intendimus , supremique pastoralis Nostri muneris partes libenter interponimus , sicut personarum , rerum , et temporum qualitatibus mature pensatis , ad omnipotentis Dei gloriam et religionis incrementum expedire in Domino arbitramur .

Proemium.

§. 2. Exhibita siquidem Nobis nuper pro parte tuâ petitio continebat , quod cum fructus , redditus , et proventus triginta sex perpetuorum simplicium , personalem tamen residentiam requirentium beneficiorum ecclesiasticorum portionariarum nuncupatorum , non tamen de numero cantorum , metropolitanæ ecclesiæ Toletanæ , cui præes , quorum , seu quarum dum pro tempore vacant , nominatio seu præsentatio personarum idonearum , in eis ad nominationem , seu præsentationem hujusmodi , per ordinariarum loci , aut alias instituendarum , tam ad charissimum in Christo filium Nostrium Carolum Hispaniarum , et Indiarum regem catholicum , quam ad pro tempore existentem dictæ metropolitanæ ecclesiæ archiepiscopum ;

Expositio pre
cum .

alternative spectat, et pertinet, adeo tenues existunt, ut pro personarum ea, seu eas respective obtinentium congrua, decentique substantatione impares omnino dignoscantur; ad consulendum aliqua in parte tenuitati reddituum portionariorum hujusmodi, et ad hoc, ut metropolitanae ecclesiae praedictae ministri decenter substantari valeant, opportunum infrascriptae dismembrationis, alienationis, et applicationis remedium, a Nobis et Sede apostolica postulare provide desideres.

Ratio concessionis.

§. 3. Cum itaque silva et castrum de Aldovea nuncupatum, ex donatione usque et de anno Domini millesimo centesimo sexagesimo tertio a clarae memoriae Alfonso hoc nomine septimo Hispaniarum rege, mensae archiepiscopali praedictae sponte et libere facta, inter caetera bona ad mensam archiepiscopalem praedictam legitime spectantia, et pertinentia respective reperiantur, quorum fructus, redditus, et proventus eidem archiepiscopali mensae non magno momenti existunt, si praevio infrascripto consensu, silva, et castrum hujusmodi cum suis jurisdictionibus, et dependentiis a praefatae mensae archiepiscopalis bonis disjungerentur, et separarentur, ac juxta et secundum peritorum aestimationem, respective utiliter alienarentur, illorumque pretium regio aërio communi annua responsione, trium pro quolibet centenaria illius monetae fœneraretur, et ab hujusmodi fœnore annuatim relatam lacrum hujusmodi portionariis praefatis perpetuo ut infra applicarentur, ex hoc profecto dictarum portionariorum tenuitati reddituum opportune consulere retur.

Conceditur ut fieri possit implorata dismembratio.

§. 4. Nos igitur, qui quantum cum Domino possumus ecclesiarum decorem paternis, et sinceris desiderantes affectibus, innixis supplicum votis, benigne annuimus, eaque favoribus prosequimur opportunis, quique dudum inter alia voluimus, quod petentes beneficia ecclesiastica aliis uniri tenerentur exprimere verum annum valorem, secundum communem aestimationem, tam beneficii unieadi, quam illius cui uniri peteretur, et in unionibus semper commissio fieret ad partes, vocatis quorum interest, idemque servetur in quibusvis perpetuis dismembrationibus, ac concessionibus etiam de quibuscumque fructibus ec-

clesiasticis, tibi, ad hoc ut in metropolitana ecclesia praefata divinarum rerum cultus suo quoque par sit decori, ejusque fulgor et majestas elucescat, quatenus vocatis qui fuerint ad id evocandi, silvam hujusmodi, et castrum praefatum, suasque jurisdictiones, et dependentias de consensu praefati Caroli regis, et dilectorum filiorum capituli, et canonicorum dictae metropolitanae ecclesiae, a caeteris praefatae mensae bonis dismembrare, illaque sic dismembrata, et disjuncta libere, ac licite, ut supra majori qua fieri poterit utilitate alienare, illiusque pretium pariter, ut supra, regio aërio fœnerare, et hujus investmenti annuum redditum in augmentum fructuum, reddituum, et proventuum supradictorum triginta sex beneficiorum portionariorum nuncupatorum, exceptis semper aliis quatuordecim portionariis, qui sunt de numero cantorum, quique ad id nullam unquam jus habere poterunt, constituere, applicare, seu assignare possis, et valeas, plenam, ac liberam facultatem, apostolica auctoritate, tenore praesentium, concedimus, et impertimur.

§. 5. Et insuper si dismembrationem, separationem, alienationem, investitionem, constitutionem, assignationem, et applicationem hujusmodi, aliaque praemissa per te eorundem praesentium vigore fieri contigerit, ut praefertur, easdem praesentes semper et perpetuo validas, et efficaces existere, ac nullo naquam tempore ex quocumque capite, vel quacumque causa, quantumvis juridica, et legitima, pia, privilegiata, ac de necessitate juris vel facti, omnino exprimens, de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis Nostrae, seu quopiam alio defectu notari, impugnari, invalidari, seu alias quomodolibet infringi, retardari, annullari, seu per Nos, et successores Nostros Romanos pontifices, pro tempore existentes, ac Sedem eandem, seu praefatae S. R. E. cardinales, etiam de latere legatos, vice legatos, dictaeque Sedis nuncios, vel quosvis alios quavis auctoritate fungentes suspendi, revocari, restringi, limitari, ad viam, et terminos juris reduci, seu adversus illas restitutionis in integrum, aut aliud quodcumque juris, vel facti, aut gratiae

Confirmatur dismembratio faciendae cum respectiva futura assignatione, et applicatione bonorum.

remedium impetrari, aut alias motu proprio, et ex certa scientia concedi, seu illis etiam in aliquo derogari, aut quidquam aliud in contrarium disponi nullatenus unquam posse, nec illas sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus, etiam, ut præferitur, vel alias quomodolibet, etiam per cancellariæ apostolicæ regulas, aut constitutiones apostolicas pro tempore factis, et faciendis, ac concessis, et concedendis comprehendere, sed semper ab illis excipi, et quoties illæ emanant, toties in pristinum, et validissimum statum restitutas, repositas, et plenarie reintegratas, ac de novo etiam sub quacumque posteriori data per pro tempore existentes capitulum, et canonicos dictæ metropolitanæ ecclesiæ quodcumque eligendos concessas esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere.

§. 6. Sicque et non alias per quoscumque iudices ordinarios vel delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac prædictæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales præfatos, etiam de latere legatos, dictosque ejusdem Sedis nuncios, judicari, et definiri debere, et si secus super his a quocumque quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, et inane decernimus.

§. 7. Non obstantibus priori voluntate Nostra præfata, ac quocumque juramento, per te, dum archiepiscopali ecclesiæ hujusmodi præfecimus, quomodolibet prælitum, nec non quatenus opus sit Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, nec non Lateranensis statuta concilii novissime celebrati, dismembrationes perpetuas nisi in casibus a jure permissis fieri prohibentis, aliisque etiam in synodalibus provincialibus, generalibus, universalibusque conciliis editis, vel edendis, specialibus vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, dictæque metropolitanæ ecclesiæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis quibusvis superioribus, et per-

Bull. Rom. Tom. XI. F. 67.

sonis in genere vel in specie, aut alias in contrarium præmissorum quomodolibet forsitan concessis, approbatis, confirmatis, et pluries innovatis; quibus omnibus, et singulis etiam si de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales. idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia, etiam exquisita forma ad hoc servanda foret, illorumque omnium et singulorum tenores, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata exprimerentur, et insererentur, eisdem præsentibus pro plene et sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permanentis, latissime, et plenissime, ac specialiter, et expresse, nec non opportune, et valide ad præmissorum validissimum effectum, hac vice dumtaxat harum quoque serie derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo octingentesimo secundo, decimo quarto kalendas julii, pontificatus Nostri anno tertio.

CXXXVII.

Facultas magistratibus Asculanis, ut ipsi partibus togæ inversis toccam auream sericam addere possint.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. **P**aterna Nostra erga Nostros, et apostolicæ Sedis in temporalibus subditos sollicitudo, et cura Nos movet, ut eorum votis, quantum cum Domino possumus, benigne annuamus, eosque specialibus gratiis, et favoribus libenter prosequamur.

§. 2. Cum itaque inter cæteras conditionis Nostræ ecclesiasticæ civitates Asculana civitas antiquitatis laude, populi que frequentia non mediocriter floreat, et constanti in Romanos pontifices, ac Sedem prædictam fide emineat, magistratusque habeat in rebus publicis gerendis prudentia, moderatione, et integritate pollentes, Nos, qui civitatem ipsam,

Dat. die
25 junii
1802
anno III.

Proemium.

Laudes civitatis, et magistratus Asculani, in cuius gratiam concessio indulgetur.

Clausula sublata, et decreta irritans.

Derogatio contrariorum.

ejusque communitatem, et homines præmissorum meritorum intuitu propensiore quodam benevolentiae Nostrae complectimur affectu, dilectos filios senatum seu magistratus dictae civitatis aliquo beneficentiae Nostrae munere donare, et amplioris honorificentiae prerogativa decorare volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore cesentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, modernis, et pro tempore in perpetuum extituris dictae civitatis Asculanae magistratibus, ut ipsi, quam gestare solent, togæ oblongæ partes inversas circa collum vulgo *baveri*, ac anteriores, et manicarum etiam ipsius togæ extremitates vulgo *mostre avanti*, e *rivolti* in posterum ex tocca auro-serica cum iuducula vulgo *camiciuola*, similiter publice gestare, et addere libere, et licite possint, ac valeant auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus, dictosque magistratus desuper a quoquam impediri, molestari, et perturbari nullatenus posse, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio con-
trariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac dictae civitatis Asculanae, aliarumque civitatum status Nostri ecclesiastici etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus et singulis, illorum tenores præsentibus pro pleae, et sufficienter expressis ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contra-

riis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima quinta junii millesimo octingentesimo secundo, pontificatus Nostri anno tertio.

CXXXVIII

Nulla insignia et ornaamenta pro vexillario et consulibus civitatis Eugubiensis conceduntur.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. **P**aterna Nostra erga Nos, et apostolicæ Sedis in temporalibus subditos sollicitudo, et cura Nos movet, ut eorum votis, quantum cum Domino possumus, benigne annuamus, eosque specialibus gratiis, et favoribus libenter prosequamur. Proemium.

§. 2. Cum itaque inter cæteras conditionis Nostræ ecclesiasticæ civitates Eugubina civitas antiquitatis laude, populique frequentia non mediocriter floreat, et constanti in Romanos pontifices, ac Sedem prædictam fide emineat, magistratusque habeat in rebus publicis gerendis prudentia, moderatione, et integritate pollentes, Nos, qui civitatem ipsam, ejusque communitatem, et homines præmissorum meritorum intuitu propensiore quodam benevolentiae Nostrae complectimur affectu, dilectos filios senatum, seu magistratus civitatis hujusmodi, vexillarium justitiæ, scilicet, et tres consules aliquo beneficentiae Nostrae munere donare, et amplioris honorificentiae prerogativa decorare volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore cesentes, supplicationibus ipsorum, et generalium ejusdem civitatis comitiorum nomine, Nobis humiliter porrectis inclinati, modernis, et pro tempore in perpetuum extituris vexillario hujusmodi, ut ipse suam nigram oblongam sericam togam in posterum cum li-

Dat. die
25 junii
1802.
anno III.

Ratio, et tenor concessio-
nis.

stis flavis aurosericis, ad instar primi ex magistratibus alterius civitatis Nostræ Perusinae, publice gestare; tribus vero consulibus prædictis, ut ipsi loco palliorum, quibus adhuc usi sunt, togam oblongam vulgo di *camelotto* violacei coloris in quibuscumque actibus, et functionibus publicis deferre libere, et licite possint, et valeant, auctoritate apostolica, tenore præsentium concedimus, et indulgemus, dictosque vexillarium, et consules desuper a quoquam impediri, molestari, et perturbari nullatenus posse, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac dictæ civitatis Engubinae, aliarumque civitatum status Nostri ecclesiastici etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes; illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem, sub annulo piscatoris die vicesima quinta junii, millesimo octingentesimo secundo, pontificatus Nostri anno tertio.

CXXXIX.

Dat. die
25 junii
1802
anno III.

Facultas capitulo, et canonicis collegiæ s. Laurentii oppidi Drepani Mazariensis diœcesis, utendi cappa magna alternatim cum mozeta.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. **Q**uantum dignitatis, quantum splendoris, et venerationis ipsa Proemium. sacra indumenta oculis, animisque Christifidelium ingerere valeant optime tenens Apostolica Mater Ecclesia non solum varias pro varietate festorum, et solemnitatum sacerdotibus suis præscripsit vestes, sed etiam in templis magis conspicuis, ubi major est christiani populi frequentia, sacris præcipuis ministris ibi Altissimo famulantibus sæpe particularia, et ad eorum dignitatem exprimendam aptissima insignia deferenda materna benignitate concessit.

§. 2. Quoniam vero, sicuti Expositio præ- nobis nuper exponi fecerunt dilecti filii capitulum, et canonici insignis, ut asseritur, et auctoritate apostolica erectæ collegiæ et parochialis ecclesiæ sub titulo sancti Laurentii oppidi civitatis nuncupati Drepani Mazariensis diœcesis, in qua duæ dignitates, cantoratus scilicet, ac decanatus, et novendecim canonici existunt, ipsa collegiata antiquitatis laude, patrimonii amplitudine, templi magnificentia, sacrarum suppellectilium copia, canonicorum probitate, et doctrina, populique frequentia, et devotione ita floreat, ut jure merito una ex illustrioribus dictæ diœcesis ecclesiis habeatur, non exigua dignitatis, et ornamenti ad eam fieret accessio, divinusque cultus majora in ea susciperet incrementa, si ejusdem collegiæ dignitates, et canonici novis insigniis, novisque decorationibus donentur. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignatemur.

§. 3. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus Tenor concess- prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommu-

nicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et penis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, modernis, et pro tempore in perpetuum futuris dignitatibus, et canonicis dictæ collegiatae sancti Laurentii, ut ipsi mozzetam violaceam, quam adhuc supra rocchetum deferre consueverunt, in nigram mozzetam ad instar aliarum Siciliae collegiatarum aduentus, et quadragesimæ temporibus permutare, ac præterea reliquo anni tempore loco mozzetæ hujusmodi etiam cappam magoam supra rocchetam prædictam gestare, ita ut vel mozzetam, vel cappam magnam hujusmodi pro temporum, et solemnitatum ratione, tam in ecclesia prædicta, ejusque choro, et capitulo, quam extra eam in quibusvis processioibus, aliisque functionibus, et actibus publicis quibuscumque deferre, illisque promiscue, et alternatim (servata tamen uniformitate) uti libere, et licite possint, et valeant auctoritate apostolica, tenore præsentium concedimus, et indulgemus, dictosque dignitates, et canonicos desuper a quoquam impediri, molestari, et perturbari nullatenus posse, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac dictæ collegiatae ecclesie etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, iudicatis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis, quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat speciali-

ter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem, sub anulo piscatoris die vicesima quinta junii, millesimo octingentesimo secundo, pontificatus Nostri anno tertio.

CXL.

Permutatio mozzetæ violacæ in nigram pro capitulo collegiatae sancti Petri oppidi Drepani Mazariensis diocesis.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Quantum dignitatis, quantum splendoris, et venerationis ipsa sacra indumenta oculis, animisque Christifidelium ingerere valeant optime tenens Apostolica Mater Ecclesia non solum variis pro varietate festorum, et solemnitatum sacerdotibus suis præscripsit vestes, sed etiam in templis magis conspicuis, ubi major est christiani populi frequentia, sacris præcipuis ministris ibi Altissimo famulantibus sæpe particularia, et ad eorum dignitatem exprimendam aptissima insignia deferenda materna benignitate concessit.

§. 2. Quoniam vero, sicuti Nobis nuper exponi fecerunt dilecti filii capitulum, et canonici insignis, ut asseritur, et auctoritate apostolica erectæ collegiatae, et parochialis ecclesie sub titulo sancti Petri archipresbyteratus nuncupati oppidi civitatis pariter nuncupati Drepani Mazariensis diocesis, in qua tres dignitates archipresbyteratus scilicet, decanatus, ac thesaurarius, et undecim canonici existunt, ipsa collegiata antiquitatis laude, patrimonii amplitudine, templi magnificentia, sacrarum suppellectilium copia, canonicorum probitate, et doctrina, populique frequentia, et devotione ita floreat, ut jure merito una ex illustribus dictæ diocesis ecclesiis habeatur, non exigua dignitatis, et ornamenti ad eam fieret accessio, divinusque cultus majora in ea susceperet incrementa, si ejusdem collegiatae dignitates, et canonici novis insigniis,

Dat. die
25 junii
1802
anno III.

Procurium.

Expositio præcum.

novisque decorationibus donentur Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur ipsos exponentes specialibus grâtiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurserint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, modernis, et pro tempore in perpetuum futuris dignitatibus, et canonicis dictæ collegiatiæ sancti Petri, ut mozzetam violaceam, quam adhuc supra rocchetum deferre consueverunt, in nigram mozzetam ad instar aliarum Siciliæ collegiatarum adventus, et quadragesimæ temporibus permutare, ac præterea reliquo anni tempore, loco mozzetæ hujusmodi etiam cappam magnam supra rocchetum prædictum gestare, ita ut vel mozzetam, vel cappam magnam hujusmodi pro temporum et solemnitatum ratione, tam in ecclesia prædicta, ejusque choro, et capitulo, quam extra eam in quibusvis processionibus, aliisque functionibus, et actibus publicis quibuscumque deferre, illisque promiscue, et alternatim (servata tamen uniformitate) uti libere, et licite possint, et valeant auctoritate apostolica, tenore præsentium concedimus, et indulgemus, dictasque dignitates, et canonicos desuper a quoquam impedi, molestari, et perturbari nullatenus posse, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac dictæ collegiatiæ ecclesiæ etiam juramento, confirmatione apostolicâ, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet

concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima quinta junii millesimo octingentesimo secundo, pontificatus Nostri anno tertio.

CXLI.

Instante universitate Vetrallæ confirmatur rescriptum sacræ congregationis Boni Regiminis.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii populus, et homines civitatis Nostræ Vetrallæ Viterbiensis diœcesis, quod ipsi, uti asserunt, ab immemorabili tempore eam possident montis, montique adjacentium terrarum partem, quæ a Bledano flumine citra Vetrallam versus protenditur, quæque olim tenimentum Vici vulgo nominabatur, hodie vero silva montis Foliani communiter dicitur: quod possessionem locorum hujusmodi declaravit favore eorum recolendæ memoriæ Eugenius pp. IV. prædecessor Noster per apostolicas literas datas primo martii 1431 confirmantque deinceps Paulus II, et Xistus IV. prædecessores itidem Nostri per alias in simili forma brevis expeditas literas primo septembris 1465, et sexto novembris 1470, prout latius in eisdem literis, quæcum tenores præsentibus, pro plene, et sufficienter expressis, et insertis haberi volumus, fusius asseritur contineri: quodque eandem possessionem suo demum asseruit, et comprobavit iudicio sacra congregatio venerabilium fratrum Nostrorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium bono regimini communitatum, et uni-

Dat. die
25 junii
1802
anno III.

Expositio præ-
cum.

Tenor concessio-
nis.

Derogatio con-
trariorum.

versitatum status Nostri ecclesiastici præposita, rescribens die 24. aprilis currentis anni his scilicet verbis.

Tenor rescripti sacre congregationis Bononiensis Regimini.

§. 2. Nemus montis Foliari non esse comprehensum in dispositione motus proprii diei 19. martii 1801. Hinc quo hæc magis magisque valida, ac firma subsistant, postquam die 8. proxime præteriti maii a publicis universitatis representantibus pro parte et nomine universi populi solemniter inita, seu iterum capta, et celebrata esset dicti montis possessio, ac de actu possessionis istius publicum instrumentum conscriptum et stipulatum fuisset tota populi Ventrallæ universitas in generalem conventum, seu ut ajunt, consilium, congregata quinque elegit, deputavitque consiliarios viros, qui Nobis supplicarentur, queniadmodum humiliter supplicari fecerunt, ut cohæreter ad prædictorum prædecessorum literas præinsertum laudatæ congregationis, rescriptum Nos approbare et confirmare, nec non deputatis ipsis quid quid pro recta dictæ silvæ, adjacentiumque terrarum administratione propositum ab eis, et approbatum a consilio fuerit, gerendi facultatem concedere et indulgere benigne dignemur.

Confirmatio apostolica.

§. 3. Nos igitur dictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus, prosequi volentes, et eorum singulos a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententijs, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrierint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, præmemoratum dictæ sacre congregationis rescriptum auctoritate apostolica tenore præsentium approbamus et confirmamus, ratumque et validum habemus, et declaramus, illique apostolicæ Nostræ firmitatis robur adijcimus, omnesque, et singulos juris et facti defectus, si quos quomodolibet intervenisse contigerit, sanamus, atque supplementis: præterea quoque deputatis prædictis ut ea, quæ ipsi ad dictam silvam montis Foliari, terrasque silvæ, ut præfertur, adæxas utiliter administrandas proposuerint, et proposita generale consilium universitatis populi per suffragiorum plu-

ralitatem probaverit, exequi, gerere, et curare libere ac licite possint et valeant, auctoritate et tenore prædictis concedimus, et indulgemus.

§. 4. Decernentes easdem præsententes literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac prædictis exponentibus in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud s. Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima quinta junii millesimo octingentesimo secundo, pontificatus Nostri anno tertio.

Clausula subla-
ta, et decre-
tum irritans.

Derogatio con-
trariorum.

CXLII.

Dat. die
25 junii
1802
anno III.

Facultas confraternitati sanctissimi Sacramenti civitatis Beneventanæ liberandi quotannis unum reum capitali pœna damnatum.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam:

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii confratres confraternitatis sanctissimi Sacramenti in metropolitana ecclesia Beneventana canonice, ut asseritur, instituta, quod alias felicitis recordationis Paulus pp. V. prædecessor Noster per suas in simili forma brevis, die 12 septembris anni 1605. expeditas literas tunc, et pro tempore existentibus confraternitatibus dictæ confraternitatis, ut quotannis feria sexta majoris hebdomadæ unum reum, quem petissent a pro tempore existente governatore civitatis Beneventanæ, et ab eo obtinuissent, capitali pœna, citra tamen certa tunc expressa crimina, damnatum liberare et absolvere, dammodo tamen pacem ab offensis habuisset, libere ac licite va-

Expositio præ-
cum.

lerent, facultatē auctoritate apostolica impertitus fuit, ac alias prout in iisdem literis, quarum tenor est, qui sequitur videlicet

Dilectis filiis confratribus
Confraternitatis sanctissimi Sacramenti
in cathedrali ecclesia civitatis
Nostræ Beneventanæ canonice
instituta

Paulus PP. V.

Dilecte fili Noster
Salutem, et apostolicam
benedictionem.

§. 2. Pias Christifidelium societates, ad charitatis opera exercenda canonice institutas, ut in eorundem operum exercitio magis confoveantur, specialibus favoribus, et gratiis libenter prosequimur, prout in Domino salubriter conspicimus expedire: proinde vestram confraternitatem specialis gratiæ favore benigne prosequi volentes, ac vos, ac vestrum quemlibet a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis, a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existitis, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus vestro nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, vobis, vestræque confraternitati, ut singulis annis, in feria sexta majoris hebdomadæ, unum reum, quem petieritis, et a dilecto filio nunc, et pro tempore existente civitatis Nostræ gubernatore obtineritis, capitali pœna (præterquam occasione criminis læsæ majestatis, falsificationis monetæ, aut literarum apostolicarum, assassinii, aut sacrilegii) damnatum liberare, et absolvere, dummodo tamen pacem ab offensis habuerit, libere, et licite valeatis, auctoritate apostolica, tenore presentium facultatem, et auctoritatem concedimus et impertimur: mandantes propterea eidem moderno, et pro tempore existenti dictæ civitatis gubernatori, ut singulis annis in perpetuum vobis unum ex hujusmodi pœna capitali damnatis liberum

Bull. Rom. Tom. XI. F. 67.

dimittat, et concedat: ipsumque per vos pro tempore liberatum, ab omni pœna capitali eo ipso absolutum, ac ad patriam, gradus, honores, et bona quæcumque, præterquam fisco incorporata, plenarie restitutum, et reintegratum esse, et censi, nec illum super præteritis delictis, et excessibus ulterius molestari, et perturbari posse decernimus, et declaramus. Non obstantibus quibusvis constitutionibus, et ordinationibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Marcum sub annulo piscatoris die duodecima septembris millesimo sexcentesimo quinto pontificatus Nostri anno primo.

§. 3. Quod quidem indultum, seu privilegium hujusmodi a memorato Paulo prædecessore sicut præmittitur concessum, subsequenter rec. mem. Benedictus pp. XIII. Benedictus XIV. ac novissime Pius pp. VI. prædecessores itidem Nostri per respectivas suas in pari forma brevis die v. octobris MDCCXXIV. die xxix. novembris MDCCXXX. et die xvii. julii MDCCCLXXVI, expeditas literas approbarunt et confirmarunt, prout in iisdem prædictorum prædecessorum literis, quarum tenores presentibus pro expressis et insertis haberi volumus, plenius continetur. Quam autem moderni confratres confraternitatis prædictæ, quo indulta et privilegia hujusmodi firmiter subsistant, exactiusque serventur, apostolicæ confirmationis Nostræ præsidio communi desiderant, Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 4. Nos igitur exponentes magis magisque in charitatis operibus exercendis confovere, ac specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, eosque, ac eorum singulos a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, eisdem exponentibus facultatem absolvendi et liberandi quotannis feria sexta majoris hebdomadæ unum reum capitali pœna damnatum a memora-

Veteres confirmationes indulti.

Tenor novæ confirmationis

Tenor indulti concessi a Paulo papa V.

to Paulo concessam, et a Bened. XIII. Benedicto XIV. et Pio VI. prædecessoribus prædictis confirmatam seu innovatam, ut præfertur, expeditasque desuper eorundem Pauli, utriusque Benedicti, et Pii prædecessorum literas cum omnibus et singulis in eis contentis auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, approbamus, et, quatenus opus sit, de novo concedimus, et indulgemus.

Clausula sulla
ta, et decre-
tum irritans.

§. 5. Decernentes ipsas præsentibus, ac præinsertas literas semper firmas, validas, efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac nunc, et pro tempore existentibus confratribus dictæ confraternitatis in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab illis ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Derogatio con-
trariorum.

§. 6. Non obstantibus quibusvis posterioribus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non omnibus et singulis, quæ in literis præinsertis concessa sunt non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus tamen, ac declaramus expresse, quod quid quid per dictos prædecessores concessum est in præmissis quoad restitutionem et reintegrationem etiam honorum et graduum reis liberatis largiendam, posthac suspensum remaneat, et in casibus particularibus recurratur pro honoribus, et gradibus huiusmodi ad sanctam Sedem, et sacram Consultam, ut particulariter provideatur juxta eorum exigentiam. Datum Romæ apud s. Mariam Majorem, sub annulo piscatoris die vicesima quinta junij millesimo octingentesimo secundo, pontificatus Nostri anno tertio,

CXLIII.
Instante pia unione Matronarum ministrantium infirmis hospitalis Cæsaraugustani indulgetur, ut exponi facere valeant sanctissimum Eucharistiæ sacramentum in oratorio dicti hospitalis.

Ven. fratri archiepiscopo Cæsaraugustano.

Pius PP. VII.

Ven. frater, salutem,
et apostolicam benedictionem.

Pro parte sodalitatis, seu piæ unionis dilectarum in Christo filiarum matronarum ministrantium infirmis pauperibus hospitalis Mariæ sanctissimæ de Gratia Cæsaraugustanæ civitatis, expositum nuper est Nobis, quod ipsæ actæ zelo inflammandi corda infirmorum erga augustissimum Eucharistiæ sacramentum, illud in hospitalis eiusdem oratorio totis diebus Domini redemptoris, ac Beatæ Mariæ Virginis ejus matris principibus festis exponi facere posse summo opere desiderant; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Expositio pre-
cam.

§. 2. Nos igitur ipsas exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et earum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus earum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, fraternitati tuæ per præsentem committimus et mandamus, quatenus constituto tibi de narratis, eisdem exponentibus, ut ipsæ per cunctos prædictos dies in memorato oratorio, dummodo illud satis ad id idoneum, et ornatum, sacrisque suppellectilibus necessariis instructum cognoveris, augustissimum Eucharistiæ sacramentum exponi, proviso tamen quod expositio, ea semper, qua par est juxta Ecclesiæ leges ac regulas, decencia, reverentia, et

Tenor conces-
sionis.

Dat. die
25 junii
1842
anno III.

assistentia fiat, libere ac licite facere possint et valeant, licentiam, et facultatem, perpetuis etiam futuris temporibus duraturam, auctoritate Nostra apostolica pro tui arbitrio, et conscientia concedas atque indulgeas.

Derogatio con-
tractuorum.

§. 3. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem, sub annulo piscatoris, die vicesima quinta junii, millesimo octingentesimo secundo, pontificatus Nostri anno tertio.

Dat, die
25 junii
1802
anno III.

CXLIV.

Decisio questionis inter capitulum et canonicos metropolitane Urbinate, et monachos monasterii s. Petri Eugubinae congregationis Olivetanæ per confirmationem contractus emptionis, et venditionis honorum alias ad dictum monasterium spectantium initii.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Premium.

§. 1. Pastoralis Nostra sollicitudo postulat, ut ecclesiasticorum præsertim, et religiosorum virorum quieti, et concordie, quantum cum Domino possumus, consulamus, ut, sublati inter ipsos dissidiis, mutua charitate devincti supremo numini unanimiter magis deserviant, suarumque virtutum splendore omnibus, qui in domo sunt, lucere valeant.

Exponitur sta-
tus questionis

§. 2. Cum igitur, sicut accepimus, in superioribus totius Italiæ, et status ecclesiastici vicissitudinibus omnia, et singula bona ad monasterium vulgo de Gaifa nuncupatum civitatis Urbinatensis ordinis monachorum sancti Benedicti congregationis Olivetanæ a felicis recordationis Pio pp. VI. auctoritate apostolica suppressum, ac monasterio s. Petri ejusdem ordinis civitatis Eugubinae incorporatum spectantia municipes Urbinateenses sibi (ejecto monacho honorum hujusmodi administratore) adscripsissent, prævia tamen venerabilis fratris archiepiscopi Urbinatensis venia sub reservatione beneplaciti apostolici in posterum ejus cura obtinendi imper-

Bull. Rom. Tom. XI. F. 67.

tita, ut ope eorundem honorum militaribus contributionibus, aliisque publicis necessitatibus occurrere possent, ideoque omnia vendere decrevissent, nemoque esset, qui emeret, in dies vero augetur necessitas colligendi pecuniam ad præpediendâ majora mala Urbinatibus imminentiâ ab iis, apud quos summa vis erat, atque potestas; cumque clerus, et cives Urbinatenses solvendo pares non essent, memorato monasterio Eugubino iisdem fluctibus obruto, in eam sententiam devenire oportuit, ut dilecti filii capitulum, et canonici metropolitane ecclesie Urbinatensis nonnulla prædia in Feretrano territorio existentia venderent, eorumque pretium decem millium scutorum argenteorum monetæ Romanæ inde perceptam summum imperium tunc temporis exercentibus traderent, prout revera traditum fuit, ac pro compensatione ipsum capitulum totidem bona monasterii prædicti de Gaifa reciperet, prout cum licentiis, quas per temporum quantum vix dici potest calamitosorum circumstantias interponere fas erat, initis venditionis, et emptionis hujusmodi respectivis contractibus per publice die xviii. aprilis MDCCXCVII. exaratum instrumentum recepit, ac alias, ut ex eodem emptionis, seu concessionis hujusmodi instrumento, cujus tenorem præsentibus, pro plene, et sufficienter expresso, et inserto haberi volumus uberius continetur.

§. 3. Tandem aliquando rebus divina providentia restitutis, ac dilectis filiis abbate, et monachis in sancti Petri monasterium prædictum ex Nostro delegationis rescripto reversis, hi coram venerabilibus fratribus Nostri Sanctæ Romanæ Ecclesie cardinalibus negotiis, et consultationibus episcoporum, et regularium præpositis agere cœperunt; ut bona hujusmodi monasterii de Gaifa capitulo, ut præfertur, vendita, et assignata sibi redderentur; cumque proposito dabo, *an reddi, vel non reddi deberent*, cardinales prædicti in diversa abeuntes respondissent dilata Nos, attentis peculiaribus in casu concurrentibus circumstantiis animum Nostrum merito moventibus, causam non amplius proponi decrevimus, eamque cum juribus universis tam ex parte monachorum, quam capituli

Exitus judicii
acti penes
congregatio-
nem deputa-
tam.

prædictorum deductis a quocumque tribunali, et congregatione signoanter autem a deputata super revisione honorum alienatorum, et emphyteuticorum congregatione, ad quam causæ hujusmodi cognitionem monachi prædicti deferri curaverant, ad Nos advocavimus.

Avocatam
questionem
decidens pon-
tifex, servan-
dam esse man-
dat sequutam
venditionem,
nec restituti-
oni locum fieri
deberi decer-
nit.

§. 4. Nobis propterea idem capitulum, et canonici humiliter supplicari fecerunt, ut mentem Nostram super præmissis aperire, questionemque hujusmodi persolvere dignaremur. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, juribus prædictis hinc inde deductis serio ad trutinam revocatis, auditisque subscripto dilecto filio Nostro Romualde Sanctæ Romanæ Ecclesiæ diacono cardinali Braschio de Honestis nuncupato a brevibus secretario, ac dilecto filio magistro Hieronymo Neapolitano dictæ congregationis deputatæ pro revisione honorum alienatorum, et emphyteuticorum itidem secretario, motu proprio, ac matura scientia, et deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine contractum emptionis, et venditionis prædictum honorum monasterii Gaisa favore capituli, et canonicorum metropolitane ecclesiæ Urbinatensis cum omnibus, et singulis in publico instrumento contractus hujusmodi confirmamus, convalidamus, et approbamus, illique inviolabilis, ac perpetuæ apostolicæ firmitatis robur adiciamus, omnesque juris, et facti, ac solemnitatum, si qui desuper quomodolibet intervenerint, nec non quatenus opus sit, quoscumque facultatum defectos potestate, et tenore prædictis supplemus, et sanamus.

Clausula salu-
toris, et irri-
tantis.

§. 5. Decernentes easdem præsententes literas, et in eis contenta etiam lex eo, quod quicumque in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet pretendentes illis non consenserint, neque causæ, propter quas ipsæ præsententes emanarint, sufficienter adducte, verificate, et justifica-

tæ fuerint, aut ex alia quacumque quatumvis legitima, juridica, et privilegiata causa, colore, prætextu et capite etiam in corpore juris clauso nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, aut interesse habentium consensus, alioque quolibet, quantumvis magno, et substantiali, ac individuum expressionem requirente defectu notari, impugnari, infringi, aut ad terminos juris reduci, sed ipsas præsententes literas sempe firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suamque plenarium, et integram effectum sortiri, et obtinere, ac dictis capitulo, et canonicis plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostræ apostolice auditorum, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari et definiri debere, ac irritam et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus quatenus Derogatio con-
trationum.
opus sit Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non dicti ordinis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis, derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis, quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut præsen-

tium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, et manu alicujus notarii publici subscriptis, ac sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio et extra illud adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis presentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem, sub annulo piscatoris die vicesima quinta junii millesimo octingentesimo secundo, pontificatus Nostri anno tertio.

CXLV.

Dat die
6 julii
1802
anno III.

Ut abbas Bethlehemitici monasterii civitatis Lisbonensis ornamentis pontificalibus, et habitu prælatio uti possit.

Venerabili fratri Laurentio archiepiscopo Nisibensi in Portugallia, et Algarbiorum regnis Nostro, et apostolicæ Sedis nuntio.

Pius PP. VII.

Venerabilis frater salutem,
et apostolicam benedictionem

§. 1. Cum sicut Nobis pro parte dilectissimi in Christo filii Nostri Joannis Brasiliæ principis, nec non Portugallia, et Algarbiorum regnorum regentis expositum nuper fuit, ob dismembrationem monasterii sanctæ Mariæ de Bethlehem Lisbonensis monachorum ordinis sancti Hieronymi congregationis Lusitanæ e reliquo ejusdem congregationis corpore per Nostras in simili forma brevis die vi. novembris superioris anni expeditas literas auctoritate apostolica concessam dicti monasterii abbas non amplius in posterum particeps esse possit privilegiorum, et facultatum, quæ alias abbati generali dictæ congregationis per decretum congregationis S. R. E. cardinalium negotiis, et consultationibus episcoporum, et regularium præpositorum die xxviii mensis septembris anno MDCCXXXVI editum, et a felicis recordationis Clemente pp. XII prædecessore Nostro die viii octobris ejusdem anni adprobatum elargitæ fuerant pro usu pon-

tificalium cum facultate gestandi pontificalia insignia, mitram videlicet, baculum, anulum pastorem, crucem, sandala, aliaque pontificalia ornamenta, quibus hujusmodi dignitates utuntur sacra facientes; nec non habitum prælatitium cum usu mantelletæ, et mozzetæ, tam extra, quam in Romana curia, ac facultate conferendi clericalem tonsuram, et quatuor ordines minores suæ congregationis subditis, et alias, prout ex eodem decreto, ac etiam ex ipsius Clementis prædecessoris pro executione decreti hujusmodi sub plumbo xiii kalendas decembris ejusdem anni expeditis literis, cjas et quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, et insertis haberi volumus, fusius continetur: cumque sicut in eadem expositione additum erat idem Bethlehemiticum monasterium unum ex illustrioribus sui ordinis sit, non modo ex ipsius fundatione a claræ memoriæ Emmanuele, dum vixit, rege fidelissimo, ut asseritur, effecta in sui erga Deum grati animi testimonium pro tunc temporis sequuta Americæ detectione, sed etiam, quia in dicti monasterii ecclesia defunctorum regum fidelissimorum etiam de catholica religione, atque de hac apostolica Sede valde meritorum ossa requiescunt, Nobis propterea idem Joannes princeps, et regens humiliter supplicari fecit, ut dicto Bethlehemitico abbati in præmissis, opportune providere, ac ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur ipsius Joannis principis, et regentis votis hac in re quantum cum Domino possumus benigne annuere volentes, et dictum modernum Bethlehemiticum abbatem a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, fraternitati tuæ per præsentem committimus, et mandamus, ut modernus, et pro tempore in perpetuum existens dicti monasterii sanctæ Mariæ de Bethlehem abbas omnibus, et singulis prærogativis, et insignibus, quæ abbati generali memoratæ congregationis Lusitanæ, ut præ-

Tenor concessionis.

Expositio præcum porrectarum a regente regnorum Portugallia, et Algarbiorum.

fertur concessa fuerant, ac etiam facultatibus conferendi clericalem tonsuram, et quatuor minores ordines pro subditis sui monasterii dumtaxat libere, et licite uti, frui, et gaudere, servata in reliquis dicti decreti episcoporum, et regularium forma, et dispositione, servatisque alias servandis, auctoritate Nostra apostolica decernas, atque declares. Nos enim pro faciliore etiam præmissorum executione, et observantia quamcumque necessariam, et opportunam tibi harum divisione de apostolicæ potestatis plenitudine tribuimus, et impertimur: ac impugnantem quoque, seu impugare præcedentes, omnesque alios, quos opus erit etiam per edictum publicum, constituto de non tuto accessu, citandi, illisque, et quibus videbitur, sub sententiis, censuris, et penis inhibendi, contradictores in illas, servata concilii Tridentini forma incidisse declarandi, aggravandi, regravandi, et intercedendi, auxiliumque brachii sæcularis, si ad hoc opus fuerit, invocandi, aliaque in præmissis, et circa ea quomodolibet necessaria, et opportuna faciendi, dicendi, gerendi, et exequendi plenam, et liberam facultatem eadem auctoritate, tenore præsentium concedimus.

Clausula subla-
ta, et decre-
tum irritans.

§. 3. Decernentes easdem præsententes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sorti-ri, et obtinere, ac dicto moderno abbati, eiusque successoribus, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac S. R. E. cardinales etiam de latere legatos, et apostolicæ Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, iudicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio con-
trariorum.

§. 4. Non obstantibus præmissis, ac felicis recordationis Clementis papæ XIII. decreto, ac Benedicti papæ XIV. prædecessorum Nostrorum super divisione materiarum, aliisque apostolicis, ac in universalibus, pro-

vincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non dictorum monasterii, ordinis, et congregationis etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, et declaramus, quod nullum præiudicium abbati generali congregationis huiusmodi, illiusque privilegiis prædictis per præsentem illatum esse ceaseatur. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die sexta julii millesimo octingentesimo secundo, pontificatus Nostri anno tertio.

Declaratio spe-
cialis.



DXLVI

Dat. die
16 Julii
1862

anno III.

Facultas capitulo cathedralis ecclesie
Elborensis commutandi visitationem
ad sanctuaria ex statuto quovis an-
no faciendam.

Dilecto filio Hyacintho Carolo Silveira vicario capitulari ecclesie Elborensis, illius sede archiepiscopali vacante, legitime deputato.

Pius PP. VII.

Dilecte fili Noster salutem,
et apostolicam benedictionem.

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii capitulares cathedralis ecclesie Elborensis, quod ipsi vigore statuti auctoritate apostolica confirmati, et per duo secula et ultra usque ad presens vigentis, facultatem habent distitandi a cathedrali per annum, si ad sancta Yerosolimorum loca peregrinantur; per sex menses si apostolica Romae limina petunt; per mensem et semis, si ad sancti Jacobi apostoli corpus Compostellam pergunt; per mensem tantum, si sanctuarium Nostrae Dominae de Guadalupe in Hispania adeunt; per tres vero hebdomadas, si Ulyssiponem ad s. Vincentii templum contendunt. Prima peregrinatio semel in vita conceditur: secunda de quinquennio in quinquennium indulgetur: tertia post lapsum septennii rursus annuitur: reliquae tandem singulis duobus annis permittuntur. Injungitur tamen, ut authenticas literas, quae de visitato sanctuarii loco fidem certam faciant, unusquisque post reditum capitulo exhibeat; et ne quis binas simul peregrinationes capessat, sed una absoluta novam pro altera licentiam a capitulo referat. Verum pervetusta, nec unquam interrupta facultate hujusmodi ipsi haud semper libere uti possunt, et gaudere ob circumstantias temporum, atque ob difficultates, et pericula itinerum, etiam quoad sanctuaria in Hispaniis manentia. Hinc exponentes magnopere cupiunt, ut visitatio templorum sancti Jacobi apostoli, et beatae Mariae virginis de Guadalupe commutetur per Nos in visitationem ecclesiarum Nostrae Dominae de Nazaret, ac de Lapa, quae

et sat magnam habent celebritatem, et intra Lusitaniae fines extant erectae; idque per tantumdem etiam temporis, quo in statuto praedicto pro s. Jacobo Compostellae, et beatae Mariae virginis de Guadalupe visitandis est assignatum: Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes; supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati; tibi, attento quod, sedes archiepiscopalis ecclesie Elborensis ad presens vacat, per praesentes committimus et mandamus, ut veris existentibus praenarratis, eisdem exponentibus petitam commutationem visitationis templorum s. Jacobi apostoli Compostellae, et beatae Mariae virginis de Guadalupe in visitationem praedictarum ecclesiarum Nostrae Dominae de Nazaret, et de Lapa in Lusitania cum facultate etiam fruendi in commutatis hisce visitationibus eodem temporis spatio, quod juxta statutum Hispaniam adeundo, et s. Jacobum, aut beatam Mariam virginem de Guadalupe visitando possent impendere, quodque praefinitum per te fuerit respective, firmis tamen quoad reliqua remanentibus conditionibus eodem in statuto praescriptis, auctoritate Nostra apostolica pro tui arbitrio, et prudentia impertiaris.

§. 3. Non obstantibus statuto, ejusque confirmatione praememorata, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem, sub annulo piscatoris die decima sexta Julii, millesimo octingentesimo secundo, pontificatus Nostri anno tertio.

Tenor concessionis.

Derogatio contrariorum.

Expositio praecum.

Dat. die
20 Julii
1802
anno III.

CXLVII

Facultas dignitatibus, et canonicis cathedralis ecclesie Brigantiensis gestandi pileum cum torulo, et lemniscis coloris viridis, ac zonam cum lemniscis, et caligas coloris violacei.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Ratio concessionis.

§. 1. **D**um insignis cathedralis ecclesie civitatis Brigantiensis, quae inter caeteras Portugalliae regni emere videtur, dignitatem ac singularis fidei constantiam, eximiaeque devotionis affectum, quo dilecti filii ejusdem cathedralis ecclesie capitulum, dignitates, et canonici erga Nos et hanc sanctam Sedem gerere comprobantur, pensamus, dignum arbitramur illorum petitionibus, quae ad ipsius ecclesie splendorem augendum, ejusque dignitates, et canonicos novis honoribus decorandos pertinere noscuntur, congruum dare suffragium, prout in Domino salubriter expedire conspiciamus.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur easdem dignitates, quae septem, et eosdem canonicos qui novem esse asseruntur, specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, ut omnes, et singulae septem dignitates, ac omnes et singuli novem canonici praebendati dictae cathedralis Ecclesie Brigantiensis, nec non dignitatum, et canonicorum hujusmodi coadjutores legitime deputati, ac pro tempore existentes, perpetuis futuris temporibus pileam ornatum torulo cum lemniscis, seu ut Lusitano dicitur idiomate *Cordoens com borlas pendentes*, coloris viridis, ac zonam cum lemniscis, et caligas, seu prout eadem lingua *Cinto com borlas e meyas*, coloris violacei gestare in quibusvis functionibus, et actibus publicis, et privatis, tam in dicta civitate Brigantiensi, quam extra

illam, et ubique locorum, libere ac licite valeant, auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus et indulgemus.

§. 3. Decernentes has praesentes literas semper firmas validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quaecumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective, inviolabiliter observari.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictae cathedralis ecclesie Brigantiensis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima Julii millesimo octingentesimo secundo, pontificatus Nostri anno tertio.



Dat. die
30 julii
1802
anno III

CXLVIII.

Instante confraternitate, seu congregatione Conceptionis B. M. virginis civitatis Barchinonensis confirmantur statuta ejusdem confraternitatis, ejusque aggregatio archiconfraternitati ss. Laurentii et Damasi de urbe.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Pietatis, charitatisque opera, quæ a confratribus, et consorioribus confraternitatum laudabiliter, sancteque exercentur pro commisso Nobis divinitus pastoralis officii munere excitari, ac in dies augeri optantes, et Romanorum pontificum prædecessorum Nostrorum vestigiis inhaerentes non modo de caelestibus Ecclesiae thesauris eosdem confratres, et sorores libenter locupletamus, sed etiam eorum statuta in posterum quoque servanda Nostræ confirmationis præsidio, cum recte condita sunt, communimus, ut quemadmodum prunæ simul collectæ majorem concipiunt, atque emittunt ardorem, sic ipsi in unum congregati vehementioribus charitatis flammis, benedicente Domino, exardescant, proximosque incendant suos.

Expositio precum.

§. 2. Exponi itaque Nobis nuper fecerunt dilecti filii moderni administratores, et confratres confraternitatis, seu congregationis purissimæ Conceptionis sub titulo, et nomine Coronæ septem gaudiorum immaculatæ Virginis Mariæ in privilegiata Lateranensi camera Mariali nuncupata conventus fratrum minorum sancti Francisci de observantia nuncupatorum civitatis Barchinonensis canonice, ut asseritur, erectæ, quod eadem confraternitas, seu congregatio archiconfraternitati ejusdem Beatæ Mariæ Virginis sine labe conceptæ basilicæ ss. Laurentii, et Damasi hujus almæ urbis Nostræ, ac successive die XII aprilis superioris anni basilicæ Nostræ Lateranensi rite fuit adgregata, quarum adgregationum primodictam recolendæ memoriæ Pius pp. VI. prædecessor Noster per suas in simili forma brevis die XVIII maji anno MDCCXIII, expeditas literas auctoritate apostolica

Bull. Rom. Tom. XI, F. 67.

confirmavit, atque pro optimo, et firmitate ipsius Congregationis, regimine quatuordecim constitutiones conditæ sunt sequentis tenoris, videlicet.

PRIMO STATUTO

§. 3. L'istituto di detta congregazione egli è il difendere, e mantenere il mistero dell'immacolata Concezione, e procurare ai loro congregati la maggiore consolazione spirituale, sì in vita, che nell'avvicinarsi la morte, offrendo all'immacolata signora i loro divoti ossequi di messe, corone, e comunioni di ogni mese, pregando in tutti questi esercizi Iddio Signor Nostro, e la sua immacolata madre, per l'esaltazione della cattolica religione, per il sommo pontefice, per la salute della nostra reale persona, e di tutta la famiglia reale (che Iddio conservi) e giacchè la Spagna sta sotto il patrocinio, e protezione dell'immacolata madre, la faccia essa fiorire nella fede, nella pietà, ed in tutte le altre felicità.

Tenor constitutionum.

STATUTO SECONDO

Degli-officiali

§. 4. Gli ufficiali della detta congregazione saranno un protettore, un presidente, sei amministratori, un ministro per le funzioni da farsi in chiesa, un prefetto, tre cassieri, due revisori dei conti, un segretario, sei sagrestani, ed un mandataro.

De officialibus.

STATUTO TERZO

Del protettore

§. 5. Sarà protettore di detta congregazione il padre provinciale della provincia di Catalogna della religione del serafico s. Francesco di Assisi, che attualmente sia, e nel tempo che ne sarà, il quale s'informerà, ed esaminerà gli affari della congregazione, dei quali gli sarà stata fatta relazione, e se abbisognasse, interporrà la sua protezione per l'esito felice,

De protectore

che sia più conveniente alla maggior devozione, e culto dell' immacolata madre.

STATUTO IV.

Del presidente

De praesule.

§. 6. Il presidente della detta congregazione sarà il padre guardiano del convento di s. Francesco di Assisi della suddetta città di Barcellona, che attualmente sia, e sarà in avvenire; ed in mancanza sua, quello, che farà le sue veci. Il presidente interverrà a tutti i congressi; avrà facoltà di convocare congresso straordinario ogni volta che lo richieda qualche affare speciale, ed avrà voto in tutte le materie, che si tratteranno. Avrà egli cura dell' osservanza degli statuti, e del buon ordine, e armonia tra li congressi, usando a questo fine quei mezzi, che gli detterà la sua prudenza.

STATUTO V.

Degli amministratori.

De administratoribus, eorumque munere.

§. 7. Oltre il presidente vi saranno sei amministratori per il governo di detta congregazione, i quali continueranno lo spazio di tre anni nel loro impiego, facendosi la scelta dopo di quelli, che primieramente restino nominati; due per ogni anno, secondo il maggior numero de' voti di quelli, che ne hanno nel congresso, col ternario proposto dagli due, che termineranno il suo impiego. Avranno voto in tutto quanto si delibererà, e tratterà, ed insieme la facoltà di deciderne: convocheranno il congresso, e adunanza generale due volte l'anno, cioè il primo gennajo, ed il primo luglio, e nel giorno che assegna-se, intervenendo nel congresso generale tutti gli officiali della congregazione, e col fine di proporsi in essa tutto quanto vi sia occorso, e di manifestare i conti dell' entrate dell' elemosine dei congregati, e della spesa fatta per le funzioni del culto dell' immacolata madre, e suffragi dell' anime dei congregati defonti, sotto-

scrivendo i corrispondenti saldi. Saranno obbligati ad assistere nella tavola, e banco, che sarà destinato nella chiesa di s. Francesco di Assisi in tutte le funzioni, che farà la congregazione, e nelle domeniche al dopo pranzo, e negli altri giorni, nel tempo che si canta la corona, e nella predica susseguente, raccogliendo l' elemosine, che i divoti gli consegnassero, notandole nel libro, che sarà per questo preparato. Convocheranno congresso ogni mese, degli officiali, che siano necessari per regolare i conti particolari, e trattare degli affari che occorressero, e sarà pure di sua particolare ispezione l' avere cura del libro generale, nel quale sono scritti i nomi di tutti gl' individui della congregazione, nel quale si scrivono l' elemosine dei congregati, restando detto libro custodito nella tavola o banco nel quale possa essere più sicuro.

STATUTO VI.

Del ministro per le funzioni della chiesa.

§. 8. Per le funzioni, che tra l' anno farà la congregazione nella chiesa di s. Francesco di Assisi, si nominerà un religioso della sua comunità, che sia confessore, restando per adesso nominato il padre Giovanni Llambi, atteso che da molti anni sino al presente, ha esercitato questo ministero, quale carica eserciterà durante il beneplacito dei vocali del congresso, e mediante l' approvazione del suo legittimo superiore. Sarà di sua ispezione il confessare, celebrare la santa messa nelle comunioni d' ogni mese, e fare un discorso preparatorio; come anche nella comunione generale del giorno in cui si fa festa principale dell' immacolata Concezione, che sarà la terza, o quarta domenica di maggio d' ogni anno, in memoria del giorno, in cui si diede principio a questa pia devozione, e morendo nell' impiego di confessore gli saranno fatti li suffragi, come agli altri congregati.

De ministro functionum in ecclesia.

STATUTO VII.

Del prefetto

De praefecto.

§. 9. Un religioso dello stesso convento di s. Francesco di Assisi, sarà prefetto della congregazione, restando per ora nominato durante la sua vita, ed intervenendo il suo beneplacito, fr. Cosimo Pages, atteso che dal principio di questa pia divozione, fu egli uno dei promotori; e dopo la sua morte, o quando non voglia, e che le sue forze non lo permettessero, sarà nominato un altro a pluralità di voti segreti, ed eserciterà pure quest'impiego lo spazio di tre anni con approvazione del suo legittimo superiore. Sarà di sua ispezione l'intervenire a tutte le funzioni della chiesa, che farà la congregazione, sedendo in detto banco, e tavola, non avendo posto di preferenza, come nemmeno l'avranno gli amministratori, sicchè dovranno tutti sedere a mano a mano, che arriveranno; e noterà pure nel libro l'elemosine dei devoti, e procurerà col maggior zelo, che tutte le funzioni della chiesa, si facciano con tutta la maggiore divozione, che richiedono le solennità del santuario: e che quando sarà avvisato di fare informazione di chi pretende entrare nella congregazione, procuri indagare, per quanto gli sia possibile, se concorrono nel pretendente i buoni costumi, e gli altri requisiti, che il facciano degno di essere ammesso, e che invigili per la maggiore puntuale osservanza degli statuti della congregazione, e di tutto quanto in esse si previene, e morendo in attuale esercizio, gli si faranno i suffragi, come agli altri congregati.

STATUTO VIII.

Dei cassieri

De avarii praefectus.

§. 10. Vi saranno pure tre cassieri, i quali eserciteranno il loro impiego per lo spazio di tre anni, facendosi l'elezione dopo di quelli, che primieramente si nominassero; ogni anno uno, a pluralità di voti. Sarà di sua ispezione di custodire

Bull. Rom. Tom. XI. F. 67.

l'elemosine in una cassa a tre chiavi, delle quali ne averà una ogni cassiere; qual cassa verrà custodita nella sala, dove si faranno i congressi, e non potranno pagare somma alcuna, senza ordine sottoscritto degli amministratori, che assisteranno al congresso, e notando tutte l'entrate, e pagamenti in un libro, che avranno dentro l'istessa cassa: e dei detti tre cassieri nominati, sarà scelto dai vocali uno in qualità di maggiore, e come tale avrà voto in tutti i congressi, come gli altri vocali.

STATUTO IX.

Dei revisori de' conti

§. 11. Saranno due i revisori de' conti, che dureranno due anni, eleggendosi uno ogni anno: interverranno nei congressi generali, che si faranno, e nella revisione de' conti, esaminandoli minutamente, ed indagando la sua veracità nelle partite d'entrata, ed uscita, e trovandole vere le sottoscriveranno.

De revisoribus computorum.

STATUTO X.

Del segretario

§. 12. Il segretario, il quale dovrà essere uno degli individui della congregazione, ed insieme notaro pubblico, eserciterà il suo impiego, durante il beneplacito del congresso. Terrà un libro dove siano scritti tutti gl'impiegati, ed un altro per continuare, ed autorizzare le risoluzioni dei congressi: custodirà tutte le carte appartenenti alla congregazione, mettendole in diverse filze, per continuarle ognuna nella sua classe, e non potrà farle vedere a veruno, senza il permesso degli amministratori avuto in scritto a piè del memoriale; il quale sarà presentato a questo fine da quello che le desidera vedere, e sempre in presenza dello stesso notaro, nè potrà dar copia alcuna di esse senza espressa licenza del presidente, amministratori, ed altri vocali.

De secretario.

STATUTO XI.

Dei sagrestani

De aeditais.

§. 13. Sono necessarij sei sagrestani, i quali dureranno lo spazio di tre anni, e facendosi la scelta due ogni anno con terna proposta dai medesimi. Interverranno colla maggiore puntualità, e prima di cominciare gli esercizi di pietà della congregazione, metteranno in ordine ciò, che sia più conveniente al maggiore culto dell'immacolata madre, ed uno dei sagrestani di già nominati, che sarà scelto dal congresso in qualità di maggiore, avrà cura di custodire la cera in un arca della congregazione, e come sagrestano maggiore avrà voto negli congressi, come gli altri vocali.

STATUTO XII.

Del mandatario

De mandatario.

§. 14. Il mandatario, che sarà scelto, servirà durante il beneplacito dei vocali del congresso, e ha da essere soggetto di provata legalità, dovendo egli raccogliere l'elemosine d'ogni mese, e rendere conto minutamente sul fine d'ogni mese di quelle che avrà raccolto, indicando i devoti, che volontariamente abbiano contribuito, per poter continuarsi nel libro corrispondente. Sarà pure obligo suo preparare la tavola, ed il banco, che vi sarà già nella chiesa di s. Francesco d'Assisi, per le funzioni, che si fanno in detta chiesa, come pure i libri, e tutt'altro, che sarà necessario per il maggiore accrescimento del culto della Vergine purissima.

STATUTO XIII.

Dell'ingresso degl'individui alla congregazione, e dei loro esercizi

De ingressu individuum in congregationem, eorum que manere.

§. 15. I congregati sì dell'uno, che dell'altro sesso, dovranno confessarsi, e comunicarsi nel giorno in cui saranno ammessi alla congregazio-

ne, e faranno voto di difendere, e mantenere il mistero dell'immacolata Concezione, e lo rinnoveranno ogni sabato dell'anno, e diranno ogni giorno tre ave Maria, con tre gloria Patri in riverenza della santissima Trinità, e dell'immacolata madre; e porteranno seco una medaglia della loro immacolata madre, la quale sarà ad essi consegnata insieme alla formola del voto: e similmente dovranno assistere, per quanto sarà loro possibile, al divoto esercizio della santa corona, che si farà il dopo pranzo, in tutte le domeniche dell'anno non impedito, ed alla predica susseguente. Contribuiranno coll'elemosina di cinque bajocchi ogni mese, e non saranno fatti loro i suffragj soliti se non che dopo sei mesi dal loro ingresso; e se mai non contribuissero colla solita elemosina per lo spazio di sei mesi, non saranno fatti loro i suffragj dopo morte, fintanto che si verifici la paga dovuta dei mesi scorsi; coll'avvertenza, che qualunque congregato abbandonasse volontariamente la congregazione, non gli saranno fatti li suffragj, ancorchè il suo erede volesse pagare i mesi arretrati. Interverranno ogni anno nella terza, o quarta domenica di maggio alla comunione generale, che si farà, come ancora a tutte l'altre dell'anno, quali si fanno ogni seconda domenica d'ogni mese; e similmente interverranno alla solenne annuale festa, che si fa nella terza, o quarta domenica di maggio, prestando i dovuti ossequj alla purissima madre nel mistero della sua immacolata Concezione, in memoria del giorno, che si diede principio a sì pia devozione; e nel giorno susseguente all'anniversario, che si farà in suffragio di tutti i congregati defonti, e similmente a quello che si fa per ognuno, che muore, dovendo allora ogni congregato dire un Pater, ed Ave per l'anima del suo fratello defonto: avvertendo, che ancorchè nessuno di questi esercizi sia obligatorio, ciò non ostante è di gran merito, poichè in ognuno di essi si acquistano molte indulgenze concesse da più sommi pontefici, ed altri prelati, avendo la bolla della crociata.

STATUTO XIV.

e observantia
auctoritatis.

§. 16. Tutti, ed ognuno dei congregati sì dell'uno, che dell'altro sesso, dovranno osservare questi statuti, e quello, o quella, che non volesse conformarsi ad essi, o si facesse indegno di tal nome, sarà espulso dalla congregazione, mediante i voti segreti degli impiegati: e nessun eletto a qualunque impiego, potrà prenderne possesso senza che prima prometta l'osservanza di questi statuti.

Confirmatio
apostolica.

§. 17. Cum autem sicut in eadem expositione additum erat, quo prædictæ adgregationes firmiter subsistant, et præinsertæ constitutiones serventur exactius, omnia per Nos confirmari, et adprobari, novasque spirituales gratias, ut infra indulgeri summopere desiderant; Nos eorundem confratrum votis, quantum cum Domino possumus benigne annuere, eosque specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, ac singulares personas, quibus præsentis Nostræ litteræ favent, a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, ac respectivas dictarum adgregationum litteras præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, et de verbo ad verbum pro insertis habentes, tam eadem adgregationes dictæ congregationis archiconfraternitati sanctorum Laurentii, et Damasi, ac basilicæ Nostræ Lateranensis rite, ut præfertur, effectas, quam supra descripta ejusdem congregationis statuta una cum omnibus, et singulis in eis respective contentis, et expressis, auctoritate apostolica, tenore præsentium confirmamus, et adprobamus, illisque inviolabilis, ac perpetuæ apostolicæ firmitatis robur adjicimus, omnesque juris, et facti, si qui desuper quomodolibet intervenerint auctoritate, et tenore prædictis supplemus, et sanamus.

Concessio privilegiorum.

§. 18. Præterea indulta, privilegia, et gratias omnes, et singulas eidem congregationi a Nobis, et ab hac apostolica Sede alias in genere, vel in specie eidem congregationi quomodolibet concessas, juxta tamen con-

cessionum hujusmodi respectivas formas, et dispositiones, ac etiam cæremoniales ipsius congregationis in hac alma urbe Nostra currentis anni initio editum adprobamus, auctoritate, et tenore similibus confirmamus, et quatenus opus sit denuo concedimus. Insuper ipsius congregationis nunc, et pro tempore in perpetuum existenti præsidi in sacro presbyteratus ordine constituto facultatem benedicens quolibet anno trecentas dumtaxat cruces, seu sacra numismata cum applicatione indulgentiæ plenariæ in articulo mortis, vel coronas precatorias cum applicatione indulgentiarum sanctæ Birgittæ nuncupatarum eius arbitrio confratribus, et consorioribus hujusmodi distribuendas, et ab unoquoque eorum lucrandi in forma consueta, et ab hac apostolica Sede præscripta, ac demum facultatem imperitiendi eisdem confratribus, et consorioribus in articulo mortis constitutis benedictionem cum indulgentiæ plenariæ applicatione concedimus.

§. 19. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictæ confraternitatis, seu congregationis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis: quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris, die trigesima julii millesimo octingentesimo secundo, pontificatus Nostri anno tertio.

Derogatio contrariorum.

Dat. die
13 augusti
1802
anno III.

CIL.

Indulgetur Ubaldo Cassina archipresbytero Placentinæ civitatis, ejusque successoribus in archipresbyteratu hujusmodi in perpetuum, ut uti valeant habitu prælatitio ad instar prælatorum domesticorum Sæcæ Sanctitatis.

Dilecto filio Ubaldo Cassina
archipresbytero Placentino.

Pius PP. VII.

Dilecte fili
Salutem, et apostolicam
benedictionem

Ratio concessionis.

§. 1. Religionis zelus, vitæ, ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, et virtutum merita, super quibus apud Nos fide dignis commendaris testimoniis, Nos adducunt, ut honorificentia tuæ benigne consultum velimus. Cum itaque sicut Nobis nuper exponi fecisti, tu, qui, ut asseris, in sacra theologia doctor, et parochialis plebanæ, ac, ut asseritur, collegiatae ecclesiæ de Pomamario nuncupatae sub titulo sancti Vitalis Placentinæ civitatis prima dignitas existis, atque ita dilectissimo in Christo filio Nostro Ferdinando Hispaniarum infanti acceptus es, et gratus, ut te, successoresque tuos ob tua singularia in dictam ecclesiam beneficia, et obsequia Placentina nobilitate donavit, cupias modo ad majorem Dei gloriam aliqua per Nos, et hanc apostolicam Sedem prærogativa, et insigni honorificentia decorari.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos te præmissorum meritum tuorum, ac etiam ipsius Ferdinandi infantis, qui te Nobis plurimum commendavit, intuitu, specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et penis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte inciderint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus tuo nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, tibi, successoribusque tuis in archipresbyteratu hujusmodi in perpetuum, ut habitu prælatitio violacei coloris ad

instar prælatorum Nostrorum domesticorum uti, illumque gestare in choro, et aliis quibuscumque functionibus, et actibus publicis tam intra, quam extra ecclesiam prædictam libere, et licite possis, et valeas auctoritate apostolica, tenore præsentium concedimus, et indulgemus; teque, successoresque prædictos desuper a quoquam impediri, molestari, vel perturbari nullatenus posse, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Derogatio con-
trario.

§. 3. Non obstantibus felicis recordationis Benedicti pp. XIV. prædecessoris Nostri super divisione materialium, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non dictæ, et aliarum ecclesiarum ejusdem Placentinæ civitatis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima tertia augusti millesimo octingentesimo secundo, pontificatus Nostri anno tertio.



Dat. die
20 augusti
1802
anno III.

CL.

Confirmatio decreti congregationis Rituum, quo adprobatur electio B. M. V. titulo de Pace in patronam principalem oppidi Medinæ Sidoniæ Gadicensis diœcesis pro clero et populo ejusdem civitatis.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio pre-
cum.

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii clerus, magistratus, populusque oppidi civitatis nuncupatæ Medinæ Sidoniæ Gadicensis diœcesis, quod ipsi ab infrascripta cardinalium congregatione decretum obtinuerunt, tenoris sequentis, videlicet.

Tenor decreti
editi a sacra
congregatione
Rituum.

§. 2. Relatis ad sacrorum Rituum congregationem ab eminentissimo, et rmo d. cardinali de Lorenzana humillimis precibus cleri, magistratus, et populi oppidi Medinæ Sidoniæ civitatis nuncupatæ diœcesis Gadicensis supplicantium pro confirmatione electionis Beatæ Mariæ Virginis titulo de Pace in patronam principalem ejusdem oppidi sacra eadem congregatio, comperiens eandem electionem servatis servandis, et juxta præscriptum in decreto felicis recordationis Urbani pp. VIII. legitime factam, ac consensu quoque rmi episcopi roboratam fuisse, eam confirmavit, et approbavit, atque festivitati ipsius B. M. V. titulo de Pace in patronam principalem electæ prærogativas omnes sanctorum patronorum principalem festis competentes attribuit, atque concessit. Die decima julii millesimo octingentesimo secundo.

Julius M. card. de Somalia
S. R. C. præf.

Loco ✕ signi.

J. De Carpineo S. R. C. secr.

Confirmatio
apostolica.

§. 3. Cum autem sicut in eadem expositione additum erat, dicti exponentes, quo præinsertum decretum firmiter subsistat, et servetur exactius, apostolicæ Nostræ confirmationis subsidio muniri summopere desiderent, Nos ipsos exponentes specialibus gra-

tiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, idem decretum, et singula in eo contenta auctoritate apostolica, tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illique inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adicimus, ac omnes, et singulos juris, et facti, si qui desuper in eo intervenerint defectus supplemus, et sanamus.

§. 4. Decernentes præsentis literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, ac ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, et S. R. E. cardinales etiam de latere legatos, et sanctæ Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dicti oppidi consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis qui-

Derogatio contrariorum.

buscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima augusti, millesimo octingentesimo secundo, pontificatus Nostri anno tertio.

Dat. die
20 augusti
1802
anno III.

GLI.

Facultas episcopo, et capitulo cathedralis ecclesie Seguntinæ disponendi de tribus præbendis jam alias auctoritate apostolica suppressis favore musicorum ecclesie, ac ipsius capituli.

Venerabili fratri episcopo
Seguntino.

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam
benedictionem.

Expositio præ-
cum.

§. 1. **E**xpositum Nobis nomine fraternitatis tuæ, ac nomine simul dilectorum filiorum capituli Seguntinæ ecclesie cathedralis nuper fuit, duas cathedralis ejusdem præbendas, suffragante, ut asseritur, felicitis recordationis Clementis pp. VII. prædecessoris Nostri auctoritate suppressas, et alteram præcentori chori, alteram primo organistæ ecclesie prædictæ in salarium assignatas fuisse: fructus autem præbendarum istarum sat uberes esse, adeoque temporum conditione mutata, nunc rectius videri, ut impendatur in plures, quod nunc visum est duobus tantum personis attribui, augeaturque hoc modo commodum, et decus ecclesie, quæ impar alioquin foret novis assignandis stipendiis ob suæ paupertatem fabricæ: hinc te, et capitulum de suppressis dictis præbendis ad alios dotandos musicos, sicut et de alia tertia præbenda, quæ, ut itidem asseritur, per auctoritatem apostolicam ad cappellæ magistrum statuendum suppressa fuit, aliter, ut infra, disponere posse plurimum exoptare, enixeque a Nobis expetere.

Tener concessio-
nis.

§. 2. Nos igitur ecclesiarum cultum, et ornamentum omni, quo possumus studio promovere cupientes, teque, ac dictum capitulum specia-

libus gratis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurristis, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, tibi, ac eidem capitulo, licet quoad duas recensitas præbendas secus, ut præmittitur, laudatus Clemens prædecessor ordinaverit, nihilominus quum officia tum præcentoris chori, tum primi organistæ prædictorum vacaverint, ut earum præbendarum fructus dividere, ac novo præcentori, novoque primo organistæ congrua portione relicta, illud, quod de eisdem supererit, in dotationem, seu partem dotationis aliorum musicorum, qui vel vocis cantu, vel musicæ-instrumentis cathedrali deserviant, erogare: præterea licet alia tertia præbenda ex auctoritate apostolica similiter, ut præfertur, suppressa, ejusque integer fructus præfecto musicorum, seu, ut vulgo ajunt, magistro cappellæ assignatus extiterit, si tamen vel ob magistri hujusmodi qualitatis minus forte in arte præstantis, vel alias ob rationes aliquando visurum sit, quod de suppressa præbenda non omnes fructus ei persolvere expediat, tunc ut reliquos fructus, qui exuberent, ac donec exuberare duraverint, tamquam mensæ capitularis partem propriam, beneficioque capitali retinere, ac distribuere libere, ac licite possitis, et valeatis, ea tamen sub lege, quod musici tam cantores, quam instrumentales, ac musicorum ipse præfectus, seu magister cappellæ, qui in dictæ ecclesie assumuntur servitium, debeant esse clerici cœlibes, aut laici non habentes uxorem, nec, nisi quandiu in cœlibatu permanserint, serviendi ecclesie munere gaudeant, auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

§. 3. Non obstantibus memorati Clementis prædecessoris, et quatenus opus sit, Benedicti pp. XIV. prædecessoris pariter Nostri super divisione materiarum, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictæ ecclesie cathedralis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis,

Derogatio con-
tractiorum.

et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima augusti millesimo octingentesimo secundo, pontificatus Nostri anno tertio.

CLII.

Suspensio collationis quatuor ex quinquaginta duobus beneficiis apostolicæ Sedi vigore concordati inter Benedictum XIV. et regem Hispaniarum reservatis, et applicatio fructuum favore hospitii pauperum civitatis Matriti.

Pius episcopus

Servus servorum Dei

Ad futuram rei memoriam

§. 1. **C**haritas illa, quam Christus Dominus dum inter homines versabatur in terris, in egenos, et pauperes, quorum dixit esse regnum Dei, tantopere commendavit, Nos quidem urget, et excitat, ut de mediis, quibus locorum piorum pro pauperibus alendis, atque curandis institutorum necessitatibus valeat occurri, præsertim cum principum catholicorum christiana pietas id a Nobis exoptulat, paterno, quo tenemur, excogitemus affectu, ut pauperes ipsi reperto consolatori, qui super eos intellexit, sempiternam a Deo optimo maximo beatitudinem effusis precibus valeant auspiciari.

Bull. Rom. Tom. XI. F. 68.

§. 2. Porro cum carissimus in Christo filius Noster Carolus Hispaniarum rex catholicus Nobis significaverit, regium hospitium pauperum in civitate Matriti constitutum, prout et cæteras pias locorum institutiones in sua ditione existentes, transacta temporum calamitate, tantis fuisse damnis labefactatum, ut fieri non possit, ut in sua institutione pergere valeat, nisi ei præsentiora subventionis media afferantur: cumque idem Carolus rex, qui de huiusce operis pii conservatione, et incremento maximo afficitur studio habens exploratum, quod unus de sancta Tessia cathedralis Compostellanæ, et alter de Castro respective nuncupati archidiaconatus cathedralis Cordubensis, respective inibi dignitates non tamen post pontificalem majores existentes, ac perpetuum simplex beneficium ecclesiasticum in parochiali ecclesia villæ, seu loci de Albazete Carthaginensis diœcesis, quas, ac quod bo. mem. Franciscus Xaverius, dum viveret, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyter cardinalis de Zelada nuncupatus etiam dum viveret; nec non thesaurarius dignitas etiam non major prædictæ cathedralis Compostellanæ, quem venerabilis frater Noster Franciscus Xaverius de Micre e Campillo episcopus Almeriensis tempore promotionis de sui persona ad ipsam Almeriensem ecclesiam apostolica auctoritate factæ, respective obtinebant, ac quorum dum pro tempore, ubicumque, et quomodocumque vacant, collatio, provisio, et omnimoda alia dispositio ad Nos, et Romanum pontificem pro tempore existentem, nec non Sedem apostolicam vigore recentium concordatorum inter felicis recordationis Benedictum pp. XIV. prædecessorem Nostrum, et Sedem prædictam ex una, et claræ memoriæ Ferdinandum Hispaniarum regem catholicum ex altera parte initorum, spectat, et pertinet, archidiaconatus scilicet tam primo, quam secundodicti, ac prædictum beneficium per obitum dicti Francisci Xaverii cardinalis, ac thesaurarius præfatus per Francisci Xaverii episcopi promotionem huiusmodi respective vacarunt, et vacant ad præsens: noscens gravissimis hospitii huiusmodi necessitatibus nil fore magis expediturum, quam ut vacantium beneficiorum huiusmodi

Ratio novæ
concessionis,

Dat. die
23 augusti
1802
anno III.

Præmissa

di respective fructuum per viginti annos per Nos illius favore fieret applicatio, eam a Nobis enixis precibus efflagitavit.

Tenor concessio-
sionis.

§. 3. Nos igitur rerum hujusmodi circumstantiis mature perpensis, et in illis optimi principis in Deum, ac populos sibi commissos pietate, studio, ac vigilantia perspectis, ac praesertim intuitu publicae utilitatis, in quam hujusmodi dispositio per Nos ut infra, exequenda noscitur collimare, ipsius Carolis regis Nobis ad id porrectis votis, ex gratia specialissima, ac ex apostolicae Sedis indulgentia benigne annuere volentes, motu proprio, et ex certa scientia, deque apostolicae potestatis plenitudine, omnes, et singulos utriusque archidiaconatus, ac beneficii, et thesaurariatus, ut praefertur, vacantium respective fructus, redditus, et proventus cujuscumque generis, et speciei, detracta tamen ex fructibus thesaurariatus sexta illorum parte in summa per Nos in posterum declaranda pro reservatione pensionis annuae dilecto filio Antonio Enriquez Calderon, per Nos, seu Romanum pontificem pro tempore existentem in posterum assignanda, supradicto pauperum hospitio ad viginti annos dumtaxat a die utriusque archidiaconatus, ac beneficii, et thesaurariatus praedictorum respective vacationis computandos, suspensa interim remanente, utriusque archidiaconatus, ac beneficii, et thesaurariatus praedictorum respective collatione; ita quod liceat dilectis filiis moderatis, ac pro tempore existentibus dicti hospitii administratoribus, aut rectoribus, vel deputatis quovis nomine nuncupatis, dictis viginti annis tantum durantibus per se, vel alium, seu alios, supradictos fructus, redditus, et proventus percipere, exigere, levare, ac satisfactis tamen prius per eos omnibus, et singulis utriusque archidiaconatus, ac beneficii, et thesaurariatus praedictorum, et cujuslibet eorum respectivis oneribus, ac pensionibus, in ejusdem hospitii usas, et utilitatem convertere diocesanii loci, vel cujusvis alterius licentia desuper minime requisita, apostolica auctoritate ad praedictos viginti annos tantum, et non ultra applicamus, et appropriamus; ita tamen, ut statim elapsis praedictis

viginti annis, de utroque archidiaconatu, ac beneficio, et thesaurariatu praedictis per Sedem apostolicam ad formam concordatorum hujusmodi libere disponi denuo debeat.

§. 4. Ut autem haec Nostra dispositio rite observetur, dilecto filio Nostro, et Sedis apostolicae nuncio in Hispaniarum regni commorante per praesentes mandamus, ut supradictorum fructuum, reddituum, et proventuum administrationi, et onerum praedictorum adimplemento, convenienti modo vigilet, et durante tempore applicationis praedictae omnia fideliter expleantur.

§. 5. Decernentes praesentes Nostras literas apostolicas nullo unquam tempore ex quocumque capite, vel qualibet causa quantumvis juridica, et legitima, pia, privilegiata, ac speciali nota digna, de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis Nostrae, seu quopiam alio defectu notari, impugnari, invalidari, in jus vel controversiam vocari, aut adversus illas quodcumque juris, vel facti, aut gratiae, vel justitiae remedium impetrari, aut quidpiam aliud in contrarium disponi nullatenus posse sed eas firmas, validas et efficaces esse, ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere; sicque et non alias per quoscumque iudices ordinarios, vel delegatos quavis auctoritate fuogentes, etiam causarum palatii apostolici auditores, et praedictae Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, et vice legatos, dicteque Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritam et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus quibusvis etiam in synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibusque conciliis editis vel edendis, specialibus vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non Compostellanæ, et Cordubensis respective ecclesiarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus contrariis quibuscumque.

§. 7. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrae suspensionis, applicationis, appropri-

Nuncio apostolico committitur proventorum administratione durante tempore applicationis.

Cláusulas sutiles, et irritantes.

Derogatio contrariae.

Sanctio poenalis.

tionis, decreti, derogationis et mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo octingentesimo secundo, nono kalendas septembris pontificatus Nostri anno tertio.

CLIII.

Confirmantur conventiones inter civitatem Maceratensem ex una, et clericos regulares Barnabitas ex altera partibus initæ super erectione universitatis studii generalis in eandem civitate facienda.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. In summo apostolatus apice meritis licet imparibus constituti, illud quoque curandum Nobis esse arbitramur, ut literarum studia, ex quibus religio catholica illustratur, et supremi numinis cultum augetur, in Nostris præsertim, et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ civitatibus magis in dies floreat: ideoque si quando præstantes viri ad hujusmodi studia promovenda operam suam conferant, Nos libenter ipsis subsidio esse, eorumque suscepta consilia auctoritate Nostra roborare solemus.

§. 2. Nobis siquidem nuper exposuit dilectus filius Noster Joseph Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyter cardinalis ab Auria nuncupatus Noster, et ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ pro-camerarius, ac civitatis Nostræ Maceratensis apud Nos, et apostolicam Sedem protector, quod cum ejusdem civitatis literaria universitas propter superiores notissimas Italia vicissitudines, maxima reddituum parte privata remaneat, et necessariis sumptibus ferendis impar sit facta, venerabilis frater Vincentius Maria ipsius civitatis episcopus, ad dilecti filii moderati ejusdem magistratus per

suos deputatos egerunt apud ibi degentes clericos regulares congregationis sancti Pauli Decollati Barnabitarum nuncupat., ut hi juvenum convictum, seu ephesium aperirent, et scholas, cathedrasque pro eadem universitate haberent; cumque dicti clerici regulares de consensu dilecti filii præpositi generalis ejusdem congregationis pro grati sui animi erga eandem civitatem significatione ad id, quod magis nunc urget, ad publicam nempe institutionem suscipiendam, universitatisque splendorem sustinendum paratos se, promptosque exhibuerint, propositis, et acceptatis utrumque sequentibus pactis, et conditionibus, videlicet.

§. 3. Desiderando efficacem la congregazione de' chierici regolari di san Paolo di prestarsi alle brame umiliate da questa città al Santo Padre, che riguardano l'incarico delle pubbliche scuole, e l'apertura di un convitto, i sottoscritti di lei deputati per facilitare la trattativa da intraprendersi a questo fine propongono sul primo oggetto il seguente piano da esaminarsi da monsignor vescovo, e dai signori deputati della città medesima, e da convalidarsi in appresso con le solite formalità.

I.

§. 4. E primieramente avendo riflettuto i sottoscritti deputati non essere possibile di aprire in s. Giovanni un convitto, che sia ampio, e decoroso, e di far servire nel tempo medesimo lo stesso locale ad uso di università, non tanto perchè questo verrebbe così oltremodo a restringere, quanto perchè il migliore ordine, e il regolamento della gioventù non lo comporterebbero; essi a nome della loro congregazione esibiscono un locale nel collegio di s. Paolo d'adattarsi per il nuovo anno scolastico a spese del medesimo ad uso di pubbliche scuole: ben inteso però, che la proprietà del locale suddetto rimanga in perpetuo alla congregazione come parte integrante del menzionato collegio.

Tenor pactorum conventionum.

De erectione convictus facienda in collegio s. Pauli.

Dat. die 24 augusti 1802 anno III.

Proemium:

Expositio præcum.

II.

De professorum electione §. 5. Essi di più a nome della congregazione medesima somministreranno i professori da eleggersi dal loro padre generale per coprire le cattedre qui sotto enumerate.

Teologia dogmatica
Teologia morale
Logica, e metafisica
Giurisprudenza naturale
Matematica, e fisica
Chimica, e storia naturale
Poesia, e storia generale
Eloquenza
Grammatica superiore, ed inferiore
Un suppletore alle scuole
Un prefetto delle scuole, e direttore delle congregazioni.

III.

De annua grati animi significatione professoribus praebenda. §. 6. Per i soggetti, che dovranno coprire le suddette scuole non richiedono essi alcuno assegnamento, od onorario; volendo prestarsi disinteressatamente al vantaggio di questa città cui per più titoli a nome della congregazione si professano attaccatissimi. Non si opporranno però a qualunque gratificazione volesse assegnarsi dalla città medesima agli individui, che dovranno coprire le cattedre menzionate, purchè peraltro passi a titolo per lo appunto di gratificazione, o regalia. Cui articulo per dictos deputatos ita responsum fuit = *Approvato* = e fissata dai signori deputati della città una gratificazione annua di scudi venticinque a ciascuno de' suddetti individui.

IV.

De magistris a civitate subministrandis. §. 7. E siccome alle cattedre mentovate mancano il maestro degli elementi grammaticali, il maestro di leggere, e scrivere, ed il maestro di carattere, e conti, nè è dell'istituto nostro l'addossarci all'incarichi; così i sottoscritti deputati lasciano alla città il pensiero di stipendiarne i maestri, e di elegerli, a riserva di quello degli elementi grammaticali, il quale dovrà essere eletto dal prefetto delle scuole colla intelligenza de' signori deputati, e dovrà star soggetto alla di lui vigilanza. Ad essa similmen-

te apparterrà il fissare un locale per le due ultime scuole, non essendo possibile di prepararle nel collegio di san Paolo più di sette vani, o cameroni, quanti per lo appunto si richieggono per le suddette cattedre, compresovi la scuola degli elementi grammaticali, e le altre inerenti all'università, nè qui menzionate. = Cui pariter responsum fuit = *Approvato* = ed assegnati sc. 60. a ciascuno de' due maestri di leggere, e scrivere, e di carattere, e conti, e sc. 80. al maestro degli elementi.

V.

De janitore. §. 8. Richiedendosi inoltre per il mantenimento della polizia delle scuole un portinajo, e scopatore, la città medesima s'incaricherà di pagare l'individuo addetto a questo doppio impiego = *responsum* = *Approvato*, ed assegnati sc. 30.

VI.

De instrumentis ad civitate subministrandis. §. 9. Nè essendo possibile di porre in un certo qual lustro questa pubblica università, nè d'istruire la gioventù nelle fisiche sperimentali, e nello studio della chimica, e della storia naturale, quando manchino i due gabinetti, che devono racchiudere le macchine, e i pezzi necessarj a queste facoltà; quindi la città destinerà in s. Giovanni un locale a questo doppio oggetto; assegnerà una certa somma per la pronta formazione delle scanzie onde potervi collocare, e distribuire le macchine, ed i pezzi di storia naturale, che già esistono; e fisserà un'annua dote di scudi venticinque per gabinetto, da erogarsi coll' intelligenza dei signori deputati alli studj, e curatori della biblioteca a dei nuovi acquisti. Ai due professori di dette facoltà verrà rilasciata una chiave de' due gabinetti per esserne i custodi = *Huic articulo responsum est sequentibus verbis* = *Approvato, e fissate le camere dell' interno della biblioteca per i due gabinetti; per le prime spese poi si assegnerà un sussidio proporzionato.*

VII.

De expensis fe-
rendis in phy-
sicis exper-
imentis.

§. 10. E siccome senza l'appresto del gabinetto di chimica, e di storia naturale non può dare il professore le sue lezioni; quindi onde dar tempo a preparare per lo meno il più necessario, per il primo anno non si aprirà questa cattedra. Aperta poi che sia, gli verranno passati dalla città scudi ventiquattro effettivi all'anno per le spese occorrenti per l'esperienze.

VIII.

De cessione
privilegiorum.

§. 11. Venendo a cedere la città, in vigore di queste, o di altre condizioni da stipolarsi senza alcuna clausola, o legame le scuole enunciate, essa cederà similmente alla congregazione de' chierici regolari di san. Paolo tutti i diritti, e gli onori annessi alle rispettive cattedre giusta li statuti dell'università, siccome di conferire le lauree, e simili.

IX.

De distribu-
tione praemio-
rum.

§. 12. La deputazione de' studj interverrà ai pubblici saggi da darsi nel fine di ciascuno anno, tanto dai scolari di belle lettere, quanto da quelli delle facoltà superiori. Si ai primi, che ai secondi verranno pubblicamente distribuiti de' premj, e il loro nome verrà pubblicato colle stampe. Il giovine allievo di ciascuna delle quattro facoltà filosofiche, che si sarà distinto con una dissertazione avrà in dono una medaglia di argento dorata; e gli scolari di belle lettere, che avranno meritato in ciascuna classe saranno ricompensati per mano dei signori deputati con premj di minor valore. Per accorrere a queste spese la città destinerà scudi trenta annui effettivi.

X.

De exercitiis
piis suppeditandis.

§. 13. E interessando il pubblico bene, anche più della istruzione scientifica, l'educazione cristiana de' giovani; perciò la congregazione de' chierici regolari di s. Paolo, cui si l'una, che l'altra vien confidata, si obbliga nell'ultima ora di ciascun sabato della settimana, di farli istruire nelle scuole di belle lettere nella

dottrina cristiana; in ciascuna festa poi di riunirli nella mattina, e trattenerli nella congregazione in uffizj di pietà, e nel dopo pranzo col catechismo; e finalmente farà loro dare in ciascun' anno un triduo di spirituali esercizj. La congregazione medesima farà apparecchiare a proprie spese nel collegio di s. Paolo un locale sufficiente, e adattato a questi oggetti.

§. 14. I sottoscritti deputati pro-
testano, che queste, e qualunque al-
tra condizione verrà fissata, prima
che abbia forza a loro riguardo di
convenzione propriamente detta, do-
vrà essere sanzionata in Roma dal
loro superiore generale, e dalla sua
consulta.

Reservatio ap-
probationis.

D. Prospero Prosperi provinciale
deputato

D. Giuseppe Colizzi deputato

Vincenzo Maria vescovo di Ma-
cerata, e Tolentino approvo
come sopra

Comendatore Filippucci deputa-
to da pubblici signori rappre-
sentanti con espressa loro in-
telligenza approvo come sopra
mano propria

Consalvo marchese Consalvi de-
putato de' pubblici signori re-
sidenti con espressa loro intel-
ligenza approvo come sopra
mano propria.

D. Prospero provinciale de' Bar-
nabiti deputato dal suo reve-
rendo padre generale, e sua
venerabile consulta approvo co-
me sopra mano propria

D. Giuseppe Colizzi deputato dal
reverendo padre generale, e
sua consulta approvo quanto
sopra mano propria

§. 15. Nobis propterea idem Jo-
seph cardinalis humiliter supplicavit,
quo conditiones, et responsiones præ-
dictæ firmiter subsistant, et serventur
exactius, ut apostolica auctoritate om-
nia mutare dignaremur. Nos igitur
ejusdem cardinalis etiam intuitu ci-
vilitatem, et clericos prædictos specia-

Confirmatio
apostolica.

libus gratis; et favoribus prosequi volentes, et singulares personas, quibus presentes Nostræ literæ favent, a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, præinsertas condiciones, seu articulos, et responsiones una cum omnibus, et singulis in ipsis contentis, et expressis; ita tamen, ut nunc, et pro tempore existens episcopus Macerataensis, sede autem episcopali vacante, vicarius capitularis studiorum universitati hujusmodi præsit cum facultate subdelegandi alium in ecclesiastica dignitate constitutum virum, atque in consilium adhibendi duos, vel plures deputatos probos, et eruditos per publica ipsius civitatis comitia eligendos, qui et ipsi invigilent, auxiliumque præbeant, ut omnia recte procedant, ac si, et quando quidpiam emendatione, aut correctione, vel mutatione dignum compererint, universitatis præsidem prædictum sedulo maneat, ut ipse provideat, firmis cæteroquin remanentibus ejusdem universitatis statutis, et privilegiis, firmaque remanente in consueta prima hora s. theologiæ in via divi Thomæ nuncupata (cathedra pro uno ex ordinis fratrum Prædicatorum lectore instituta) auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis, ac perpetuæ apostolicæ firmitatis robur adjicimus, omnesque juris, et facti, si qui desuper quomodolibet intervenerint defectus supplemus, et sanamus.

Clausula subla-
ta et decre-
tum irritans.

§. 16. Decernentes præsentis literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscunque iudices ordinarios, vel delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores, jedicari, et definiri debere, ac irritum et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 17. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non, quatenus opus sit, congregationis, civitatis, et universitatis prædictarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis; aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis: quibus omnibus et singulis illorum tenores, præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima quarta augusti millesimo octingentesimo secundo, pontificatus Nostri anno tertio.

Derogatio eon-
trarium.

